Ut autẽ habeamus regulaz et modum ad ꝓbanduz oĩa de ipso esse ⁊ ordinato modo ꝓcedam⁹ oportet facere vnũ fundamentum et vnã radicẽ in quibus oĩa fundant̃. Primum autẽ fundamentum et prima radix est ꝙ ipz esse dei nõ est acceptuz ab aliquo nec a se ipso. et exinde sequit̃ omia que dicũtur de ipso. Item ad istõ fundamẽtum sequitur vnũ aliud scz ꝙ esse dei in infinituz elongat̃ a nõ esse et ab ipso nihil et fugat totaliter nõ esse. Per ista duo oĩa radicaliter ꝓbantur et ꝯcludunt̃ vnde q꜠ ipsum esse dei nõ est acceptum ab aliquo sequit̃ ꝙ est totaliter primum. Et vlterius sequitur ꝙ esse ei⁹ est simplicissimũ ⁊ sine partibus. Et exinde sequit̃ ꝙ esse dei est ipsemet de⁹ et ꝙ de⁹ ẽ ipsummet esse. Et exinde sequitur ꝙ elongatur in infinitũ a nõ esse et fugat totaliter nõ esse et nihil. et ꝙ nõ esse et nihil nullũ esse habent contra ipsum exinde oĩa concluduntur. vnde q꜠ ipsum esse primum quod est de⁹ totaliter fugat ipsum nõ esse. Ideo ipsum esse qꝺ̃

Deus nõ h̃t eẽ ab aliquo

est ipsemet deus nō pōt non esse nec defficere sꝫ necesse est ipm eē et ideo eternum. et sibi nō potest fieri addicio nec diminutio nec mutatio. Et sequitur ꝙ necessario est cōpletissimū pfectissimuꝫ hñs omnē pulcritudinem essendi ⁊ iō est fons infinitissimꝰ essendi. vnde in infinitū elongatur a nō esse et a nihillo et ipm nō esse et nihil in infinitū ab esse distāt. Et qꝛ esse est principiū et eternuꝫ. ideo totaliter nō esse est fugatū ab ipo esse Et quicquid ptinet ad nō esse elōgatur a deo qui est esse et q̇cquid ptinet ad ipm necessario ē in ipo

Ideo si vis intelligere veritatem clarissime cōpara primo ipm esse ad ipm non esse. qꝛ quicquid pōt dici vel cogitari pertinet ad eē vl' ad nō esse. Cōiunge aūt ista insimul scꝫ esse dei nō est acceptū. de⁹ est suū esse. ⁊ ipm esse totaliter fugat nō esse. Ista tria simul piuncta manifestāt oia de ipso esse. qꝛ quicquid sequitur ad ista necessario veꝝ est et quicquid repugnat istis flm̄ est et impossibile xꝫ bigratia si queratur si pn̄t eē duo talia esse quoꝝ quodlibet nō est acceptum. Et sint ipm esse quod fugat omne nō esse et dicatur ꝙ sic statim apparet repugnātia. Si enī sint duo iam et ipm esse nō totaliter fugat nō esse. qꝛ ipꝫ esse qō est deus habet nō esse alterius quia nō est ipm postq̄ꝫ sunt duo diuisa esse nec vnum est de altero qꝛ qō libet est indiuisibile et sic vnu deficit alteri. Nec pn̄t duo infinita esse quia tūc quodlꝫ defficeret alteri. et ideo in quolꝫ esset infinitū nō esse qꝛ tantum est nō esse quātum est esse. Et qꝛ non esse vnius esset in esse alteri⁹. Ideo in quodlibet esse esset infinitū nō eē. et sic simul in eodē essent infinitum eē et infinitum nō esse quod est impossibile. Quare sequitur ꝙ impossibile est esse nisi vnū tale esse vt dictum est. ḡ impossibile est nisi vnū deum esse qui est ipm esse et est suum esse.

¶ Preterea si queratur vtrum in deo sit omis fortitudo omis virt⁹ omis potestas. statim soluit̃ ꝙ sic quia deus est ipm esse et in infinitum elōgatur a nō esse et necessario in eo est quicquid cōuenit et ptinet ad ipm esse et fugatur ab eo quicquid ptinet ad nō esse. Et ideo qꝛ debilitas fragilitas ipotētia pertinēt ad nō esse. Et fortitudo potestas et virtus ptinent ad esse. Ideo debilitas fragilitas impotentia in infinitum elōgatur a deo. Et fortitudo potestas virtus in infinitū sunt in eo. Et ideo esse dei est fortissimū potentissimum virtuosissimum elongatū in infinitum ab omni debilitate fragilitate ⁊ impotentia.

¶ Item si queratur vtrum in deo sit potentia creandi ⁊ faciendi ali

Ois res hr ee ise et ee i deo

quid ex nihillo. Jam soluitur ista questio quia in deo est q̄cquid p̄tinet magis ad esse q̄ ad nō esse. et ideo q2 potestas creandi pertinet ad esse et impotentia ad nō eē Ideo necessario est in deo ista potentia. Aliter in deo essꝫ aliquod nō esse quod est impossibile.

¶ De duplici esse et de duplici non esse siue de duplici nihil.

Quia dictuꝫ est q̄ esse dei fugat a se omne nō esse et per ꝯn̄s nullum esse defficit ei. nulluꝫ esse est supra siue extra ipsum sicut per cōtrarium dicimus q̄ homo nō habꝫ esse terre nec aque nec plante nec equi et sic de alijs Ita q̄ homo habꝫ tot nō eē quot sunt res que remouēťur ab eo q̄a homo nō est equus. Ideo habet nō esse equi. Et q2 nō est lapis nō habet nō esse lapidis. Et sic esse hominis nō fugat totaliter omne nō esse sed solum fugat vnum nō esse scꝫ nō esse hominis. Sed esse dei fugat totaliter nō esse. Ideo fugat omne nō esse. Ideo necessario habet omne esse et per ꝯn̄s sequitur q̄ esse dei habet in se eē terre esse aque et esse omnium quatuor graduum et oīm que ꝑtinentur in ipsis gradibus quia nullū esse ei defficit. Et ideo esse dei est esse vniuersale omnium.

¶ Sed tamen duplex est esse terre et aque et omnium aliorum scilicet vnum in se et in propria natura quod videmus. Aliud in ipso esse dei quod nō videm⁹ sicut domus habet duplex esse. vnum in propria natura ad extra quod videmus. Aliud in anima artificis quod nō videmus. Sicut etiam duplex est .a. vnuꝫ extrinsecū quod videmus. Aliud in anima quod nō videmus. Res auteꝫ q̄tum ad esse quod habent in propria natura nō habent esse in deo quia esse dei non potest esse tale quia esse dei non est ista terra nec ista aqua et sic de alijs q2 eē dei ē īdiuisibilissimū i mutabilissimū et nū vt ꝓbatū est: terra autē et alia sunt per oppositum. Sed cum necesse sit q̄ esse dei sit omne esse q̄a extra esse dei nullū esse potest esse Ideo oportet q̄ si deus sit eē omnium reruꝫ q̄ habeant aliud esse quam proprium quod videmus quia necesse est q̄ omnia habeāt esse in deo istud autem esse est sicut esse domus in mente artificis et esse ipsius .a. in anima. Sed est differantia quia artifex recipit esse domus in anima quia nō semper habuit et etiam recipit esse .a. quia non semper habebat Sed esse dei nihil potest accipere nulla additio potest ei fieri q2 in eo ē infinita simplicitas nulla coniunctio. Et ideo necesse est q̄ esse dei ab eterno et ineternum habeat in se ipō esse omnium rerum.

Et sic necesse est ꝙ esse oīm reruꝫ
sic eternū in deo et necesse est ꝙ
sit idem qđ esse dei qꝛ in eē dei nul
la pōt esse pluralitas ſꝫ sūma sim
plicitas. Et ideo oīa sūt vnū eē in
esse dei qđ est summe vnuꝫ. Et sic
nihil nouum apud deum sed om-
nia sunt ab eterno.

¶ Quod esse oīm reꝝ in propria
natura et etiam in esse dei et ī deo
non sit idem.

Et qꝛ esse dei fugat nō esse.
Ideo nulluꝫ esse pōt esse ex
tra ipm̄. Et cuꝫ creature habeant
ꝓpriuꝫ esse reale distinctum ⁊ se-
paratū ab esse dei. Igitur illđ tale
esse reale nō est in deo. Et dicēdū
est ꝙ tale esse reale oīm reꝝ neces
sario est in deo nō quidē ꝙ sit idē
ꝙ esse dei. Sed necesse ē ꝙ veīat
ab esse dei ⁊ oriaſ ab esse ipsiꝰ dei
totaliter qꝛ esse dei ē primū ⁊ non
est aceptum. igitur necesse est ꝙ
om̄e aliud esse oriaſ ab ipso esse et
pululꝫ ab ipso esse tanꝙ a radice
Et qꝛ esse dei est indiuisibile sum
me simplex. Igiſ tale esse reꝝ im-
possibile est ꝙ sit decisū nec sump
tum ab esse dei qđ est infrangibi-
le. Igiſ necesse ē ꝙ sit ⁊ venerit de
nō esse et nihil qn̄ non pōt venire
de esse qđ est deus. Et qꝛ nō eē ⁊
nihil nō pn̄t aliquid ꝓducere Igiſ
necesse est qđ esse dei qđ ē primū
ꝓducerit om̄e aliud esse de nō eē
et nihil. vnde solum esse pōt ꝓdu
cere esse sicut ignis ignē et simile
suum simile. ¶ Cū igitur esse reale
oīm reꝝ nō sit esse dei sed aliud. ğ
necesse est ꝙ sit ꝓductum ab esse
dei qđ est principiū de nō esse ⁊ ni
hillo. Et ideo sequiſ ꝙ tale eē rea
le pro tanto est in deo qꝛ totaliter
venit a deo et ab esse suo est ꝓdu
ctum de nihilo et totaliter cōser-
uatur in tali esse ab ipso eē dei qđ
nō venit ex nō esse. et sic om̄s res
hn̄t esse in deo ab eterno et sūt iđ
quod esse dei. ⁊ hn̄t esse reale in se
et tūc nō sunt esse dei sed sunt pro
ducte ab esse dei. Et si primo non
haberēt esse in deo et in eē dei ab
eterno nō possent habere esse rea
le in se ipsis qꝛ istud esse reale qđ
hn̄t venit ab illo esse quod hn̄t in
deo ab eterno. ¶ Sic ğ inueni-
mus duplex esse reꝝ vnū est esse
primū nō acceptuꝫ simplicissimū
fugans totaliter om̄e non esse qꝛ
nunꝙ habuit nō esse. qđ est eter-
num et immutabilissimū. Et aliđ
est esse quod differt ab ipso esse et
est aliud ab eo quod ꝓductū ē ab
ipso esse primo de nō esse et de ni
hillo et hoc est esse oīm aliaꝝ re-
rum. Primū esse est simplicissimū
et indiuisibilissimū. Sed scđm eē
est diuisū per multas partes scilꝫ
per tot partes quot sūt res et est
multiplicatū vnde primo est diui
sum per quattuor gradꝰ in gene-
rali. et postea quilibet gradus est
diuisus per multa esse in specia-
li et per multas spēs. Et quelibet

hic demratur quo deus creauit oia de nihilo

species per multa indiuidua.

Postq̄ ḡ sunt duo esse vera realia et indubitabilia quoꝝ primū nō est acceptū ab aliquo et est simplicissimū per se exñs immutabilissimum in se ipso substētatum. Necesse est q̄ aliud esse q2 nō est idez quod primū oriat et veniat a primo esse. Aliter esset equale alteri esse q2 nō esset acceptū sed hoc ē impossibile q̄ sint duo equalia eē et prima. Ergo necesse est q̄ reperiatur aliud ab esse primo ꝛ quod oriatur ab ipso esse primo ex nihilo q2 primū esse nō pōt diuidi diminui nec mutari ideo impossibile est q̄ aliud esse possit accipi ab ipso esse primo. Igitur necesse est q̄ sit ortū ex nō esse totaliter. sequitur ergo necessario q̄ oīe aliud esse sit ꝑductū a primo esse de nō esse. Ergo oīs quattuor gradꝰ q̄ faciūt aliud esse a primo sūt ꝑducti de nō esse et de nihilo ad esse.

¶ Sequitur comparatio istorū duorum esse ad inuicem.

Et q2 primū esse quod est ꝑse quod nō venit de nō esse ꝑducit aliud esse de nō esse. Ideo necessario habuit esse in ipso anteq̄ ꝑducerēt ipm q2 omne quod producitur ab aliquo necessario ꝑus est in illo a quo ꝑducitur anteq̄ ꝑducatur. Sicut domꝰ est prius in aīa artificis q̄ ꝑducat ab artifice. Aliter impossibile esset q̄ artifex posset ꝑducere domū ab extra in esse reali. nec pictor ymaginem ḡ oīe ꝑductū necessario fuit in primo esse ab eterno anteq̄ produceretur: Et ideo q2 aliud eē qd̄ est ꝑductū est de nō esse ꝑductuz Igitur hȝ alias ꝯditiones q̄ ipm esse quod nō est ꝑductū ab aliquo vnde nō potuit esse equale ei. Iō necessario habuit esse diminutuz et incōpletū et nō esse sibi adiunctum q2 de nō esse venit nec potuit habere esse de perse sȝ ꝑ participationē primi esse. Ergo necessario habuit esse finitū limitatū terminatū et mēsuratum. ¶ Et q2 primum eē nō est acceptū ab aliquo et secundū est acceptū ex nō esse. ḡ oīs conditiones que ꝯueniūt primo esse q2 nō est acceptum ab aliquo nec de nō esse remouētur ab alio esse per hoc quod est acceptum ab aliquo et de nō eē. et opposite cōditiones ei ꝯueniunt. Et ideo primū esse est primariū quia nō acceptum ab aliquo. Ideo aliud esse est secundarium q2 est acceptū ab alio de nō esse. ¶ Et sicut esse dei quod est ipm esse est sūme simplex nl'lam hñs pluralitatē eo quia nō est acceptū et est primuz ita omne aliud esse est cōpositum hñs aliquam pluralitatē q2 acceptum est et nō est primū. ¶ Ideo in omni alio esse ē intelligere aliud preter esse scȝ nō esse q2 venit de nō esse et pōt redire in nō esse. In esse autē dei nihil possumꝰ intelli

gere hoc esse qz nõ venit de nõ eẽ nec põt redire in nõ esse. Item sicut de⁹ est suũ esse et nõ est aliud nisi esse eo quia nõ est acceptum de nõ esse et etiã qz ẽ summa simplicitas sine vlla pluralitate. Ita nullũ aliud a deo est suũ esse sz ẽ aliud ꝙ esse qz de se est nõ esse eo quia acceptũ ẽ ꝺ nõ esse et hz aliquam pluralitatẽ. Item sicut esse dei fugat om̃e nõ esse totaliter et in infinitũ elõgatur a nõ eẽ eo ꝙ nõ est acceptũ a nõ esse nec de aliquo. Ita nullũ aliud esse fugat totaliter nõ esse nec in infinitũ elongatur a nõ esse. ymo necessario de se tendit ad nõ esse. vnde venit qz productum est de non esse.

Preterea ꝙadmodũ esse dei ẽ immutabilissimũ ⁊ inuariabilissimũ eo qz nõ est acceptũ et fugat totaliter nõ esse. Ita om̃e aliud esse est mutabilissimũ et variabile eo qa est ꝓductum de nõ esse nec fugat nõ esse totaliter. Sic igitur qz sũt duo esse realia distincta scz eẽ dei et esse mundi. Etiã sunt due radices ad probandũ ꝯditiones amboꝝ et hñt radices oppositas. qz radix ad probandũ oĩa de esse dei est qz nõ ẽ acceptum nec receptũ nec datum ab aliquo. Radix autem ad probandum om̃ia de esse mundi qz est acceptum et receptum et datum et de nõ esse productum. Rursum aũt reuertẽtes cõparem⁹ vnũ esse ad aliud esse vt nobis magis manifestetur ⁊ dicimus ꝙ vnu esse scz esse mundi qꝺ ꝯtinet quattuor grad⁹ est nobis primo manifestũ per se. ymo manifestissimũ et certissimũ et ꝓducit nos ad aliud esse ⁊ fecit nobis ipm̃ iuenire esse quod erat occultissimum. Et repertũ est infallibiliter per illud esse mũdi qꝺ ẽ ꝓductũ et venit de nõ esse. Et aliud eẽ quod est ipm̃ esse per se existẽs nõ ꝓductũ nõ venit ꝺ nõ esse. et ꝙ eẽ mundi postꝙ est ꝓductũ oportet ꝙ sit ꝓductum ab ipo esse nobis occultissimo quod est de⁹ Et ideo eẽ dei qꝺ ẽ occultissimũ ẽ tanꝙ radix et origo ipsius esse mundi. et esse mundi est sicut trunc⁹ frõdes ⁊ brãche arboris: Et ideo sicut in arbore sunt duo scilicet vnũ qꝺ videtur scz quicquid est supra terrã ⁊ aliud quod nõ videtur scz radix occulta. Et tñ illud qꝺ videtur oritur ab illo qꝺ nõ videtur. Ita sũt duo esse tantũ vnũ quod videtur et apparet nobis scz totũ esse mũdi cũ trunco branchis frondibus ramis folijs florib⁹ et fructibus quod est diuisuz per multos gradus. Aliud ẽ eẽ quod nõ videtur nec apparet scz ipz esse dei per se exñs occultissimũ. Et tñ illud esse quod videtur. primo mund⁹ oritur ab illo esse qꝺ nõ videtur idẽ ab ipo esse dei. Sed tñ in hoc ẽ dissimilitudo qz radix est pars arboris. sed esse dei nõ põt esse pars

 esse mūdi q̄r ꝑducat a deo

alicuius neq ex istis duob⁹ esse
fit vnū esse. Sic igitur eē mundi
erat nobis manifestū primo ȝ ne
sciebam⁹ vnde venerat. Sȝ istō
esse manifestauit nobis aliud esse
scȝ esse dei quod ē primū esse ⁊ co
gnouim⁹ ꝙ istud eē a nullo vene
rat. Deinde istud esse manifesta-
uit nobis esse mūdi quod d̄ nihil
lo et de nō esse venit. Et sic modo
cognoscim⁹ mundū de non esse ⁊
de nihillo venisse ⁊ ꝑductum fuis
se quod primo nesciebam⁹. Et ita
fuit ibi ascens⁹ et descensus ⁊ vnū
eē manifestauit aliud esse ⁊ ad in
uicem se manifestāt et reuelāt. Et
exinde possum⁹ dicere ꝙ esse toti
us mundi est quasi punct⁹ et cen
tum respectu esse dei qꝛ ipsum eē
dei est infinitum actu et in infini
tum elongatū a nō eē. Sed esse
mundi est finitum de nō eē et de
nihillo ꝑductuȝ igitur. Compara
vnum ad aliud et vide ꝙ eē toti⁹
mundi nō est nisi punct⁹ quidem
dum cōparatur ad ipm̄ eē dei ma
ximum et sine mensura.

¶ Quod ipm̄ eē dei ꝑducit totuȝ
eē mundi de nō eē et de nihil vo-
luntarie et ꝑ modum artis et non
naturaliter nec necessitate.

Et qꝛ eē mundi de nihilio ꝑ
ductuȝ est ab esse dei. videa
mus si ꝑductum est naturaliter ⁊
ex necessitate sicut ignis naturali
ter ꝑducit calorem vel voluntarie
sicut artifex domum. Et est dicen
dum ꝙ ipsum esse dei producit eē
mundi sicut artifex domum ⁊ per
modum artis ⁊ nō naturaliter ne
ꝙ ex necessitate. qꝛ enim esse dei
est idem quod intelligere et velle
seu liberum arbitrium. Ideo pro-
ducere dei est per intellectum ⁊ vo
luntatem et intelligendo et volen
do producit omne illud quod pro
ducit. Ulterius quia esse mundi
est extraneum ab esse dei et non
est de natura sua quia est de non
esse et de nihillo et esse dei nunꝙ̄
habuit non esse. Ideo sequitur ꝙ
esse mundi productum ē sicut res
artificialis producitur ab artifice
Et sicut res artificialis nō ē d̄ na-
tura artificis. ideo suuȝ esse est ex
traneum ab artifice. Ita esse mun
di non est de natura dei ymo ex-
traneum est ab ipso. et ideo totuȝ
esse mundi est quasi vna res arti-
ficialis et vna domus vel palaci
um productum per artem artifi-
cis. ¶ Et ideo sicut artifex produ
cit domum voluntarie et non ex
necessitate nec naturaliter. Ita
deus producit mundū volunta-
rie et artificialiter et non natura-
liter. ¶ Quare sequitur ꝙ sicut ar
tifex anteꝙ̄ producat domuȝ ha
bet in intellectu totam formam
vel ymaginem vel similitudinem
et ydeam domus aliter impossi-
bile. esset ꝙ produceret domum.

Ita ipm esse dei pducens mūdū qđ est ipm intelligere z intellect⁹ habuit in intellectu formā z ydeā mūdi anteq̄ ipm pduceret aliter essz impossibile q̄ mundū pducis set. Et qz de⁹ nihil pōt recipere vt pbatum est iō a nllo alio potuit recipere formā mundi nec simili= tudinez et ideo ab eterno habuit intra se formā totius mūdi et per pñs tot⁹ mund⁹ ab eterno fuit in deo et in esse dei. Et qz in esse dei simplicissimo nlla ē pluralitas se quit q̄ mund⁹ vt est in deo est iō q̄ deus et esse dei. Et qz esse dei ē nobilissimū z dign⁹ q̄ eē pductū de nihilo. Ideo sequit q̄ nobili⁹ z digni⁹ esse habet mund⁹ in deo sine aliqua cōparatione q̄ in pro pria essentia et natura qz in ppria essentia est de nihilo pduct⁹. Et in deo habz esse eternū qđ nunq̄ habuit nō esse. Uerūptamē arti fex indiget materia in qua ponat formā domus. Sed ipsuz esse qđ est de⁹ totum de nihilo pducit qz quicquid est pter ipm est ab ipso de nihilo pductū. Et exinde sequi tur q̄ sicut artifex pōt pducere in finitas domos per domū suaz q̄ habet intra se absq̄ diminutione dom⁹ que est in mēte. Ita de⁹ qui ē ipm esse pōt pducere infinitos mundos p mundū quā habet in intellectu suo absq̄ diminutiōe illi⁹ mundi et maxime qz totum de ni hilo pducit quia pducit oia intel ligendo et volēdo. Ideo totū mū dum pducit sine labore sine fati= gatione et sine pena. Sed q̄a artifex pducit domū meliori mo do quo pōt iuxta exigentiam do mus. Ita deus pducit mundum meliori modo quo fieri potuit iu xta exigentiā mundi. Ita q̄ nihil vltra potuit addi nec minui nec ē aliquid supfluū in eo. Sed qz ar= tifex solum ponit formā in mate ria et nō facit ipsam formam. Iō non est necesse q̄ artifex sit semp cum domo ymo dom⁹ facta pōt per se stare et remanere et conser uari sine pñcia artificis. Sed nō est ita de mundo respectu dei. qz enim ipse artifex de⁹ non soluz po nit formam in materia sed totum de nō esse et de nihilo producit. Ideo cōtinue necessaria est pñtia ipsi⁹ esse dei in toto mundo. neq̄z mund⁹ pōt per se stare nec conser uari absq̄ pñcia incessabili dei ar tificis per vnū momētum qz stati rediret in nō esse et in nihilū tot⁹ mund⁹ qz de nihilo venit. Ideo necessariū est mūdo si debeat cō= seruari ne redeat in nihilū q̄ totū esse dei sit pñtissimū per totū esse mundi. Nō tñ q̄ sit inclusū in eē mūdi qz etiā est extra mundū in infinitum. Et sic summ⁹ artifex deus continue portat et cōseruat ac cōtinet totū mundum in pugi lo et in manu sua et ipsum substi= net sine labore tantum volendo.

Item ex hoc sequitur ꝙ summ⁹ artifex deus nūꝙ dormit sed semp vigilat qꝛ si dormirz tot⁹ mūd⁹ ad nihiluz rediret. Itē ꝙuis potētia ipi⁹ eē dei nō possit defficere mūdo qꝛ necessario esse dei est vbilibꝫ. ac tñ qꝛ sola voluntate. et nō naturaliter mundū cōseruat. Iō etiā sola voluntate mundū posset deserere si vellet ⁊ sic rediret in nihilū. vnde venit Preterea sequit ꝙ ipm esse dei sūmi artificis mūdum de nihilo ꝑducit eo qꝛ ipm cōtinue cōseruat continet et manutenet ne redeat in nihilum. Et iō ipm cōtinue cōseruat sic vt sol ꝯtinue radios ꝑducit in aere. Aliter si nō ꝑduceret radij defficerēt et desinerent esse sicut ꝯtingit de nocte qꝛ tunc solares desinūt eē Ita mund⁹ desineret eē nisi continue conseruaretur a deo.

Quod deus est ipm esse ꝑ se subsistēs ꝑducens esse mundi de nihilo absqꝫ sui indigentia:

Et qꝛ iam indubitāter ꝯclusum est ꝙ deus est ipm esse in infinitū elōgatum a nō esse et nihil et fugat a se oīne nō esse et ē infinitū. Et ꝙ esse mundi est ꝑductū de nō eē ⁊ de nihil. Ideo seqꝛ necessario ꝙ de⁹ sine indigētia ꝑducit mundū qꝛ tunc sequeretur ꝙ ipm esse eternū per se exñs elōgatum in infinitum a nō esse indigeret ipo esse ꝑducto de nō eē et de nihil qᵭ est absurdissimū et impossibilissimū et dicere nephādissimuꝫ cū ipm esse qᵭ est deus sit perfectissimū ꝯpletissimū hñs i se ipo omēꝫ plenitudinē. Quō ei posset hoc esse ꝙ tale esse indigeret alio esse ꝑducto ab ipo de nihilo. ḡ concluditur ꝙ de⁹ qꝛ ē ipsum esse per se exñs ꝑducerit totum esse mūdi de nihilo et de nō esse absqꝫ aliquali sui indigētia.

Quod deus qui est suum esse producit esse mūdi de nouo quodqꝫ dem non est eternum sed nouū.

Et quia duo sunt esse vnum quod est ipm esse qᵭ nō est acceptum de nō esse ⁊ aliō quod nō est ipm esse sꝫ ē acceptuꝫ ō nō esse et de nihilo qᵭ in infifinituꝫ elōgatur a primo esse et habet cōditiones opositas primo esse vt ꝑbatum est. Rursum etiā qꝛ eē ꝑductum de nihilo est summe inequale ipsi esse qᵭ est ipmmet esse Et iteruꝫ qꝛ deus qui ē suuꝫ eē ꝑducit mūdum absqꝫ sui indigētia de nō esse voluntarie et nō naturaliter. Sequitur ex oībus istis ꝙ taliter debuit ꝑduci eē mundi vt manifestaretur oīs inequalitas ⁊ taliter ꝙ per esse mundi nulla indigētia apparet ipsi⁹ dei nec intelligi nec cogitari posset. Que quidē indigentia destrueret totaliter esse dei et suā ꝑfectionē. Sꝫ potius vt cognosceretur sūma liberalitas et bonitas ⁊ ꝙ sine mūdo haberet suum perfectū eē Et

Deus creavit oia pp se ps.

ideo si mūdus esset ꝓduct⁹ ab eter-
no et nō de nouo sed esset ei equa
lis in duratiōe et nō ꝓcederet mū
duz duratiōe iam notaret aliqua
equalitas in eternitate et notaret
ꝙ ipse de⁹ indigeret mūdo ⁊ ꝙ nō
potuit esse sine mūdo ⁊ sic natura
liť ⁊ ex necessitate ꝓduxit mundū
⁊ nō ex mera liberalitate. Sȝ oīa
ista sunt absurdissima et nephādis
sima ipi deo excellētissio. Si aūt
mund⁹ sit ꝓduct⁹ de nouo ⁊ ipse
de⁹ p̄cesserit munduȝ duratione
totū oppositum signatur et deno
tatur excellentia et nobilitas et ꝑ
fectio ipsius esse dei. Et q² de⁹ nō
ꝓduxit mundum contra se ipsum
sed per modum artis intelligēdo
⁊ volēdo. Ideo ꝯcluditur ꝙ mun
dus ē ꝓduct⁹ eo modo ꝙ magis
ꝯuenit ipsi esse dei excellētissimo
et ipsi mundo non repugnat et ꝑ
ꝯsequens non fuit eternus sȝ de
nouo est ꝓductus aliter ꝓducisset
mundum contra seipm̄. Neqȝ ꝓ-
pter hoc in esse dei est aliq̄ noui
tas neqȝ nouuȝ velle q² ab eterno
voluit ꝓducere munduȝ in eē rea
li altero ab ipso de non esse et vo-
luit ab eterno ꝙ mund⁹ produce
reť ꝑ illum moduȝ per quē magis
suuȝ esse excellētissimū manifesta
reť et appareret et distingueretur
ab esse de nihilo ꝓducto. Ideo ab
eterno voluit ꝙ suū esse p̄cederet
esse mundi duratiōe q² si aliter vo
luisset ꝯtra se voluisset. Et sic ab
eterno voluit ꝙ tunc produceret
quando productus est.

Quod ipsuȝ esse qd̄ ē de⁹ ꝓduxit
totum esse mundi ꝓpter vnum fi
nē pricipalē scȝ propter se ipsum

Om autē iam probatum ē ⁊ in
fallibiliť ⁊ veꝝ ē ꝙ de⁹ pro
duxit totuȝ munduȝ de nihilo ꝑ
modū artis ⁊ sicut artifex domuȝ
et q² oīs artifex oṗať propter ali-
quē finē seu intēcionē ⁊ iō necesse
est ⁊ ipossibile est aliter esse ꝙ ipse
summ⁹ artifex de⁹ nō produceret
mundū totū ꝓpter aliquē finē ⁊ ꝓ
pter aliquā intētionē. Et q² nihil
erat p̄ter ipm̄ iō nō potuit ꝓduce
re mundū propť aliquē aliū ꝙ̄ ꝓ-
pť semetipsū. Nō ei potuit produ
cere mūduȝ propť nō esse ḡ ꝓpter
eē. ḡ proter semetipsū q̇ solū ē esse
rursū etiā q² eē de nihilo ꝓductuȝ
nō potuit eē nisi propť esse qd̄ nū
ꝙ̄ habuit nō eē cū nō sint nisi ista
duo eē ḡ vnū ē propť aliđ. Sȝ cū
ipse de⁹ nlłomō indigeret mundo
quō ḡ fecit mūduȝ propť semetip
sum diccō ē igr̄ ꝙ fecit munduȝ nō
ꝙ idigeret mundo nec ipso eē pro
ducto de nō eē. sȝ vt ipsuȝ eē eter-
nuȝ ꝑfectissimuȝ pleissimuȝ ideffi
ciēs qd̄ ē de⁹ sine sui dimunitiōe
cōicabile alicui alťi ex̄ se daret et
cōicaret seipsuȝ ⁊ iō ꝓduxit ipsuȝ
eē nouuȝ de nihilo vt istđ eē par
ticiparet aliđ eē p̄muȝ. Nō q̇deȝ
ꝙ vnuȝ eē mutareť in aliđ eē q² hō
ē ipossibile sȝ vt ipsuȝ eē ⁊ de nihi

Elo pductuz vnireꝛ ipsi eē imutabilissimo vt pficereꝛ in eo vt sic eēnt duo bona scʒ ipsū eē pductū ⁊ cōmunicatio vel vnio seu ptícipatō ipsiꝰ excellētissimi et opti eē vt sic maīfestareꝛ sua liberalitas et ꝙ sine idigētia ipsiꝰ voluit producere aliō eē vt ei se cōicaret. Nec indigebat ipsuʒ eē plenissimuʒ qō est deꝰ vt se cōicaret alicui eē extra se Sʒ sua mera et purissima liberalitate voluit se cōicare. Jō ex pditionibꝰ istoꝝ duoꝝ eē est pclusū ꝙ ipsuʒ esse mūdi de nihilo ē productuʒ eo qꝛ ē de nō eē et necessario est ordinatuʒ ad aliō eē qō ñ venit de nō eē et ē propꝛ ipsuʒ eē qō est deꝰ eo qꝛ est pfectissimū ⁊ ē finis et pplemētuʒ ac pfectio alterius eē.

Qō ipsuʒ eē mundi de nō eē productuʒ respicit ipsuʒ eē qō ē deꝰ et ligaꝛ cum eo triplici respectu et ligamīe iduisibili seu idissolubili.

Qꝛoniā aūt oīne artificatū vt domꝰ necessario ad tria respicit scʒ ad artificē vt ad cām producentē et ad formā et similitudinē in aīa artificis exītē sicut ad cām exēplarē. et ad finē propꝛ quē est. Ergo cuʒ totuʒ eē mundi est productū adeo p moō artis et rei artificialis. Jdeo necessario respicit ipsum deum sub tertij respectu. Primo respicit ipsuʒ sicut artificē suuʒ et cām efficientē. Scōo respicit ipsuʒ sicut cām exēplarem hñtem in se formā totius mundi eternā. et tanꝙ cām finalē propꝛ quā est. Causa autem materialis mundi nō respicit deum qꝛ de nihilo est. Et sic ipsum eē mundi nihil aliō respicit nisi deuʒ. Jdeo totus mundꝰ est adeo et scōm deū et propter deum. et sic deꝰ est cā mundi efficiēs et exēplaris et finalis. et sic producit mundū ex se scōm se ꝛ propter se.

De cōparatiōe istoꝝ duoꝝ eē ad duo nō eē et duo nihil.

Qꝛoniā autē duo sūt eē realia ⁊ existētia in reꝝ natura. Primuʒ ē eternum: et ad nouum. Et qꝛ eē respicit nō eē et nihil tanꝙ suum oppositum et inimicum. Jdeo sicut sunt duo eē ita sunt cōsiderāda duo nō esse et duo nihil eis correspōdentia vnum nō esse seu nihil qō opportet ipsi eē eterno et ipsum respicit. Aliud nō eē ⁊ nihil respicit ipsum eē nouum et eidem opponitur et aduersaꝛ. Considerādum est igiꝛ diligenter quōvnumquidē istoꝝ duoꝝ eē se habeant ad nō eē et ad nihil sibi oppositum. vnde aliter se habet ad ñ eē et nihil primum eē eternum. Aliter ipsum eē nouum. qm̄ ipsuʒ eē eternuʒ precedit nō eē et nihil sibi oppositum. Et ideo est primū de necessitate ex se ipso. Et ideo quia est primum quam non esse sibi oppositum et habet possessionem primitatis in infinitum

trip

Duo esse Nō eē aliud

oppomt

expellit nō esse et nihil et p ꝯñs sine mēsura se extendit. Et ideo ñ esse et nihil nullū locuȝ pñt habere in ipō esse: qꝛ esse totū pocupat eo qꝛ primuȝ. Sicut etiā si nō eē et nihil esset primū et precederet esse ⁊ haberet possessionē primitatis in infinitū se extēderet et totū occuparet et ipm esse nullū locuȝ haberet. et sic totū esset nihil ⁊ nō esse: et ipsum nihil esset eternuȝ et esse nō haberet. Unde veniret qꝛ ipm nō esse et nihil nō pduceret nec faceret ipm esse sibi oppositum. Et qꝛ esse est primū. Ideo destruit et expellit in infinitū nō esse et nihil: Et qꝛ ipm nō esse et nihil nō habet vnde veniat in ipso esse qꝛ nō potest venire de ipo esse. Et ex hoc necessario cōcluditur ex tali ꝯparatione ꝙ esse necessario habet in se ex se et de se. ⁊ de natura sua ei ꝯuenit q̇cquid ē cōtra nō esse in infinitū ⁊ sine mēsura. qm̄ si aliquid defficeret eidē qḋ potest ptinere ad esse iam nō esse ⁊ nihil posset eē in ipo eē qḋ ē impossibile. Ideo esse necessario est primariuȝ absolutū a nullo dependens eternū simplicissimū actualissimuȝ perfectissimū ⁊ summe vnū immutabilissimū et imensum: quia oīa ista pertinēt ad esse. Et nullo mō intellect⁹ itelligēs naturā ipsi⁹ esse pōt cogitare opposita istoꝝ. ymo ista sunt ita certa ꝙ nullo mō pñt dubitari nec in ipso esse potest cogitari nō esse. et tale eē vocamus deū. Et exinde cōcluditur necessario ꝙ de⁹ habet omnē potestatem oīm̄ dn̄iuȝ supra nō esse et nihil. et ista est prima potestas ⁊ maioꝛ que possit esse. ⁊ ista est prima cōparatio.

¶ De comparatione mūdi ad suum non esse et nihil.

Nunc restat videre qualiter alterū esse. reale scilicet esse mundi se habeat ad nō esse et ad nihil. Unde manifestum est ꝙ aliter ymo opposito modo se habet ꝙ primū esse qm̄ nō esse et nihil p̄cesserunt eē mūdi ei oppositum. Et ideo nō esse mūdi et nihil p̄cesserunt esse ipsi⁹ mūdi in ppria essentia et istud esse qḋ est de⁹ habet suum pprium nō esse ⁊ nihilum in infinitū potest se ⁊ a se elōgatū qꝛ nō pōt ñ eē Istud ḡ nō esse mūdi habuerit primariū esse ⁊ possessionem primitatis respectu scḋi esse mūdi. Et ideo esse mūdi sibi oppositū nō potuisset habere exñaȝ nisi primū esse qḋ ē de⁹ qui hȝ plenum imperium sup̄ nō esse extraxisset mūdum de tali nō esse et de tali nihil qꝛ per se nō potuisset exire de nō esse. Et ideo nisi pse deus qui est ipm esse manuteneat ⁊ deffendat cōtinue et incessanter per suā manū foꝛtem totū eē mundi contra nō esse et ipm nihil statim rediret i nihil. vnde extractuȝ est. Et ideo semp esse mundi ē in

potentia ad nō esse de se et semp potest nō esse ō natura sua. Et qr nō esse ⁊ nihil nullā resistentiā possunt facere cōtra ipm esse quod ē deus. Ideo sequit[ur] ꝙ de⁹ qui est eē habet omē preceptū omē imperium omnē potestatē et omē dñiū supra non esse et nihil. Et ideo potest sine impedimento quocunq̧ ⁊ sine qua cūq̧ resistētia facere qc quid vult qcquid sibi placet solo velle de nō esse et de nihil et ꝑducere in esse reali et per ꝯñs sine fatigatione sine labore qr nō est fatigatio qñ nulla fit resistētia. Et exinde sequitur ꝙ totū esse mundi ē tanꝙ nihil in respectu esse dei.

Ecce igitur habem⁹ deū nostrū fortissimū oīpotentissimū eternū et infinitum immutabilissimū ⁊ sūme vnū qui nō potest nō esse. qui totum mūdū de nihilio fecit. Ergo cū tu hō sis principalior pars mūdi sequitur ꝙ es totus factus et product⁹ de nō esse et de nihillo. Gaude igitur qr tam nobilissimū excellentissimū et oīpotentissimum habes conditorē qui tam nobilē et excellentem creaturam sicut tu es potuit facere ō nihillo.

Cōparatio duorū esse ad duo luminaria. et ꝙ esse dei est tanꝙ sol et esse mundi tanꝙ luna et vmbra.

Ecce quomodo habem⁹ duo esse tanꝙ duo luīaria magna scʒ luīare maius et luīare minus. Primū esse eternū est luīare maius. Scōm esse scʒ mundi est luīare minus. primū esse est tāꝙ sol scōm esse tanꝙ luna. Et sicut luna ō se nullū habʒ lumē sʒ totū recipit a sole. Ita esse mūdi nullū habet esse ꝗtum est de se sʒ totū suum esse recipit a primo esse eterno. Et sicut sol de se habet lumē ⁊ nl'lum recipit ab alio corpore. Iō semper est plenū lumē nūꝙ defficiens. Ita primū esse de se ipo habet suū esse et a nullo alio recipit esse. Et ideo semp habet plenū eē nunꝙ defficiens. Et sicut per lumen lune quod videm⁹ de nocte cogitam⁹ lumen solis quod tunc est occultum. Ita per esse mundi quod videmus cogitam⁹ esse dei quod nō videm⁹. Et sicut lumen lune in pñtia solis nihil apparet Ita esse mundi in pñcia ipsi⁹ esse dei nihil apparet. Et dum magis appropinquat ad esse dei tūc minus apparet. Sed dum per se cōsideratur tūc apparet magnū esse sicut lumē lune dū elongatur a sole apparet mai⁹. Ista ergo duo esse sunt duo luminaria. primū lumen est eternū et indeficieus secundum lumē est nouū et factuʒ habens tot radios quot sūt creature. Primo lucet lumen nobis factum et ipm possumus videre sine periculo et dāpno occulorum sicut lumē lune. Et postea per istō lumen debile cogitamus aliud lu

Luiare Maius / Minus

men fortissimuз solis. Et sicut oc- culi nõ possunt substinere lumen solis directe per se sine destructio ne occuloꝝ tñ lune lumẽ videm⁹ sine dãpno. Ita occuli nostri inte riores nõ pñt per se videre de di- recto ip̄m esse eternũ luïosum ⁊ ex cellẽtissimũ in hoc mũdo sine de structione occuloꝝ. Et ideo esse mundi est tanq̄ vmbra per quam possum⁹ intueri et respicere lumẽ eternũ et infinitũ scз esse dei infi- nitum. Aliter est nobis impossibi le sicut per vmbrã videmus lumẽ solis sine periculo. Et ista ad pñs sufficiãt ð ip̄o esse quod est ianua omnium aliorum.

¶ Sequit̃ doctrina de ipso vi- uere et primo q̄ viuere per se facit secundum gradum.

POstq̄ dictũ est fundamẽta- liter cũ dei auxilio ð esse qð est fundamentũ et ianua oĩm alio rum. Nunc dicem⁹ de viuere Si cut aũt esse se habet ad viuere ad sentire et ad intelligere. Ita viue re se habet ad sentire et ad intel- ligere q: sicut esse potest inueniri sine viuere et alijs et ideo semper facit primũ gradũ. ita viuere põt inueniri separatũ ab ip̄o sentire ⁊ intelligere sз nõ ecõuerso. Nam om̄e quod sentit viuit sз nõ om̄e qð viuit sentit. Et etiã om̄e quod intelligit viuit sз nõ eꝯ. Et sic vi- uere potest inueniri sine sentire et sine intelligere sed non sine esse quia om̄e quod viuit est. Et ideo viuere facit per se. scðm gradum. vnde nobili⁹ est viuere q̄ esse tñ Et ideo oportet cõsiderare ipsuз viuere ꝑ se sicut cõsideratũ ẽ ip̄m esse per se.

¶ Quod duplex viuere probat̃ esse in deo.

QUoniã aũt esse reperitur se paratum per se in p̄mo gra du. Ideo sicut cõsiderat̃ ip̄m esse in deo ꝑ se sine alijs scз sine viue re sentire et intelligere. Ita q: vi- uere reperit̃ separatũ sine sentire et intelligere. Ideo similiter ꝯside ram⁹ ip̄m per se sine sentire et in- telligere. Sicut aũt per esse quod videm⁹ et est manifestũ arguim⁹ aliud esse scз ip̄m esse dei. ita ꝑ vi uere qð videm⁹ arguim⁹ aliud vi uere quod nõ videm⁹ scз viuere dei a quo ꝓuenit viuere quod est manifestũ nobis et hoc iã ꝓbatuз est. Sed alit̃ ꝓbatur viuere eẽ in deo et hoc per ip̄m esse q: oĩa con ueniũt deo ꝑ suũ eẽ. vnde q: de⁹ est ip̄m esse et esse ẽ primũ q̄ non esse. Ideo necessario de⁹ hз esse ⁊ est quicquid ẽ cõtra nõ eẽ ⁊ q̄cq̄d ꝯuenit cũ esse. Et q: viuere ꝯueit cũ esse et ẽ nobilissimũ esse. Ideo necessario in deo ẽ viuere et in eẽ suo. Et ꝑ eũdẽ modũ dicam⁹ de ip̄o sentire ⁊ de ip̄o intelligere q: ꝯueniũt cũ esse et iõ sũt in deo ne cessario. Et silr̃ dicendũ ẽ de posse de velle de boĩtate de veritate et

de oib⁹ que ꝯueniūt cū esse qꝛ ꝑ esse oia ꝓbant᷑. et ipm esse dei oia necessario includit. Et dū noio ip sum esse dei dico ipm viuere sentire et intelligere velle posse bonū et verū et oia nec aliq̈d addo sup̄ suū eē qm̄ suū esse est oia ista de necessitate. Sꝫ in alijs rebus dū dico esse nō intelligo viuere sētire nec intelligere qꝛ esse inuenit᷑ sine illis. Et dū dico viuere nō intelligo sentire nec intelligere qꝛ viuere inuenit᷑ sine illis. Et dū dico sentire nō dico intelligere. qꝛ viuere sine sentire inuenit᷑ et sētire reperitur sine intelligere. Sꝫ i deo dū dico esse oia intelligo. Sic g̈ duob⁹ modis viuere ꝓbatur esse in deo. vt ꝑ creaturas quas fecit quib⁹ dedit viuere. et per suū esse et ita de alijs sicut de viuere.

❡ Quod similis ꝓcess⁹ ⁊ ordo sit in ipo viuere sicut in ipo esse ⁊ oia que ꝓbata sunt de esse probantur etiam de viuere.

Quāuis aūt ꝑ cognitionē habitā de ipo esse dei oiā alia cognoscātur ⁊ sint maīfesta qꝛ oia claudūtur in ipo esse ac tñ qꝛ magis gaudꝫ hō dum audit quodlꝫ ꝑ se ⁊ iūctū cū alio. et magis gaudet dū audit deū esse viuere sentire et intelligere q̄ȝ esse solū. Et duꝫ audit deū esse viuere sentire intelligere velle posse veꝝ bonum et sic de alijs q̄ȝ dum audit tm̄ esse. Ideo cōgruuꝫ est vt de quolꝫ per se loq̄mur. Forma aūt et mod⁹ dicendi de oibus est similis et talis sicut fuit de ipo esse qꝛ oia in deo sunt idem qđ esse et sunt ipmmet esse. Et ideo sicut esse dei nō ē acceptum ab aliquo nec venit de n̄ esse nec de aliquo. Ita viuere dei non est acceptum ab aliquo nec venit de nō viuere. Et ideo sicut esse dei est primū et simplicissimū ita viuere dei est totaliter p̄mum ⁊ simplicissimū ⁊ ꝑ ꝯñs sicut de⁹ est suum esse et ipm esse est idē q̄ȝ deus ita de⁹ est suū viuere et est ipmmet viuere et viuere est idem quod deus et per ꝯñs de⁹ est vita et nō est nisi vita. ❡ Item sicut nulla res alia q̄ȝ deus est suuꝫ eē quia recepit ab alio esse et per ꝯsequens de se habet nō esse. Ita nl'la alia res est suuꝫ viuere quia recipit ab alio viuere et per consequens hꝫ de se nō viuere et in oi alia re que hꝫ viuere possum⁹ intelligere non viuere. In deo autē non possumus cogitare nō viuere quia de se ipso hꝫ viuere et est ipm viuere. ❡ Preterea sicut esse dei in infinitum elongatur a non esse et fugat totaliter non esse. ita viuere dei in infinituꝫ elongatur a non viuere et fugat totaliter ipsum nō viuere. Ideo sicut esse dei est eternum nunq̄ȝ incipiens nunq̄ȝ desinens imutabilissimum inuariabilissimum actualissimum ꝑfectissimum completissimum.

Ita viuere dei est eternũ nũq̄ incipiens nũq̄ desinẽs ꝛ sic de alijs Ideo habet optime viuere. Et illa oia que dicta sunt de ipso esse. Ita ꝓportionabilit᷑ dicas de ipso viuere qꝛ idem sunt in deo.

❡ Generalis doctrina tam ad eẽ q̄ ad viuere et ad oia alia.

Quãuis aũt doctrina habita de ipo esse sufficiat ad viuere et ad oia alia tñ vt de quolꝫ per se sine alio habeatur plena cognitio hic datur generalis doctrina ad oia et sũme facilis et leuissima. Et primo de ipso esse et per esse ad oia alia que sunt in ipo ꝯscendim⁹. vnde debemus cõpare esse ad nõ esse duobus modis scꝫ ante esse et post esse ꝛ dicam⁹ sic ꝙ nõ esse duob⁹ modis cogitatur. vnomõ ꝙ sit ante eẽ. Aliomõ ꝙ sequatur ipm esse. Primũ non esse quod intelligitur ante esse vocatur negatiuũ vt est purissimuꝫ nihil scdm nõ esse quod sequitur post esse vocat᷑ nõ esse priuatiuũ seu corꝛuptiuũ. Et sic ipsum esse põt cõparari ad nõ esse añ ꝛ post Deinde querendũ ẽ quid est primum an esse vel nõ esse et si eẽ habuit esse ante nõ esse. Respondendum est ꝙ esse est primũ necessario et nõ habuit ante se nõ esse. Et exinde sequitur necessario ꝙ post ipm esse nõ potest sequi nõ esse et sic ipm esse caret nõ esse añ ꝛ post et sic caret nõ esse negatiuo et priuatio seu corruptio et per ꝯñs est eternũ indefficiens et istud esse ẽ deus. Aliud aũt esse mũdi habuit nõ esse ante se et potest habere nõ esse post se. et sic stat in medio nõ esse negatiui et priuatiui qꝛ venit de nõ esse et potest ire ĩ nõ esse Sicut aũt fecimus de ipo esse ita consimiliter fecim⁹ de ipo viuere et de oibus alijs. vnde sicut ẽ duplex nõ esse ita est duplex non viuere. Primũ nõ viuere est qd̃ põt cogitari ante viuere et istud ẽ nõ viuere negatiuum. scdm nõ viuere est qd̃ sequit᷑ post viuere ẽ istud nõ viuere est priuatiuũ et corruptium et hꝫ speciale nomẽ scꝫ mori seu mors. Querẽdũ est postmodũ quod est primũ an viuere aut nõ viuere et si viuere habuit ante se nõ viuere. Et respondẽduꝫ est ꝙ de necessitate viuere est primũ et ꝙ nõ habuit ante se nõ viuere qꝛ si nõ viuere esset primũ tunc viuere nõ posset esse qꝛ viuere nõ põt venire de nõ viuere. Et exinde sequitur ꝙ viuere ab eterno fuit et nihil habet de nõ viuere sꝫ est primitiuum elongatũ in infinituꝫ a nõ viuere qꝛ viuere totum occupat. ❡ Et qꝛ viuere est primũ ꝛ nõ habuit ante se nõ viuere. Sequitur necessario ꝙ ipm viuere quod est primũ nõ põt habere post se ñ viuere nec per ꝯñs mori seu mortem. et tale viuere est de⁹. Et ita deus qui est viuere caret nõ viue

uere ante et post et sic caret nō viuere ꝓuatiuo et negatiuo. ¶Et iō ab eterno et i eternū viuit sine principio ꝛ sine fine. Et ipm mori siē ipsa mors nō hꝫ posse sup ipsum. Ideo solus imortalis de sua propria natura et de se ipo. Et eride sequit ꝙ in suo viuere et in sua vita nulla pōt esse mutabilitas nulla additio nulla diminutio qꝛ nō pōt mutari in nō viuere nec i aliud viuere qꝛ nō viuere iam esset in ipo nec pōt ꝑdere suū viuere. Et qꝛ iam ꝓbatū est ꝙ totum esse mūdi est ab eterno i deo. Et quia deus est ipm viuere et tot⁹ est vita sequit ꝙ oīe quod factuꝫ ē viuit in deo et est vita in deo et oīa viuūt ab eterno et ieternū in deo et ideo nihil morit ſꝫ oīa viuunt in eo. ¶ Rursus qꝛ deus est ipm viuere. Igitur oīe aliud viuere ē ꝓductū ab ipo de nō viuere sicut oē aliud esse ē de nō esse. Et ideo oīe aliud viuere ab ipo ꝓmo. qꝛ venit de nō viuere pōt hrē post se nō viuere. i. mori. Et sic oīe qđ viuit preter ꝓmuꝫ venit de nō viuere negatiuo et pōt ire in nō viuere priuatiuuꝫ. i. mortē post viuere ꝙ tū est de se. Et iō nisi manuteneat ab ipo q̄ est viuere et ꝯseruet continue statim vteret in nō viuere ꝛ in mori. ¶Preterea sequit ꝙ ipe hꝫ oīeꝫ potestatē oīe imperiū oīe dn̄ium oīe ꝑceptum sup non viuere et supra mortē. Et iō pōt extrahere quicq̄d vult de nō viuere ad viuere sine aliquo īpedimēto ꝛ resistētia. Et etiam de morte pōt quicquid vult reducere ad vitam solo velle et sola volūtate. Et sic ipe sol⁹ ē de⁹ vite et mortis.

¶ Ecce igit habem⁹ duas vitas et duo viuere realia vnū occultū et aliud maīfestuꝫ vnuꝫ eternum et aliud nouuꝫ de nō viuere acceptum. Cōpara ipa duo adinuicē et postea ad nō viuere sicut fecisti de ipo esse et habebis noticiā cōpletam de ipo viuere. vide igitur hō quomō inuenisti tuū ꝯditorē qui viuit in eternuꝫ ꝛ est vita eterna q̄ nō pōt mori. qui tibi dedit d nō viuere viuere et te cōseruat ne reuertaris in nō viuere ꝛ in mortē cū sis ipse immortalissimus.

¶Sequit doctrina de ipso sētire.

Sicut dictū est de ipo esse et de ipso viuere ita dicēduꝫ ē de ipso sentire qꝛ sentire per se facit tercium gradū in natura. Nā esse et viuere pñt esse sine sentire ꝛ ipm sentire sine intelligere. Sicut autē sunt duo eē et duo viuere scꝫ vnuꝫ quod videm⁹ ꝛ aliud occultissimū quod nō videm⁹. Ita sūt duo sentire vnū maīfestissimū qđ videm⁹ ꝛ aliđ occultissimū quod ñ videm⁹. Et per illud quod videmus cognoscim⁹ et ꝑuenim⁹ ī cognitionē illi⁹ quod nō videmus. Et probam⁹ sentire esse in deo qꝛ dedit alijs. Item etiam ꝓbatū est

sentire esse in deo quia sentire est esse nobile et ideo necessario ē in deo aliter esset in ipo nō esse nec haberet q̄cquid est contra nō esse nec esset omne esse quod est impo sibile. Et quia deus est suū esse et suum viuere ita est suū sentire et est ipm sentire q2 idē est esse et vi= uere ꝙ sētire i deo. Et ideo in deo est videre audire et om̄e sentire. Nō tñ tale sentire ē in deo sicut ē in alijs reb⁹ q2 hoc ē ipossibile s3 nobilissimo modo ꝛ perfectissimo sicut ei cōuenit. Rursum sicut di ctum est de ipo viuere ita dicēdū est de ipso sentire sc3 q2 sentire po test cōparari ad nō sentire ante ꝛ post. pmū non sentire est negati uum. scōm nō sentire est priuati= uum et vocatur insensibilitas. Et q2 sentire in deo est pus ꝙ̄ nō sen tire et ante se nō habuit nō senti= tire. Ideo sequitur ꝙ post sentire nō pōt sequi nō sentire nec insē= sibilitas. Ideo ab eterno et in eter num sentit. Sed om̄e aliud senti re pductum est ab ipso de nō sen tire et habuit ante se nō sentire ꝛ ideo pōt redire in nō sentire et in insensibilitate nisi manu teneatur ab ipso qui ē ip3 sentire. Et q̄ sol⁹ nō potest esse insensibilis. et ideo om̄e aliō qō habet sentire per ip= sum videt audit tangit odorat gu stat etc. Et sicut om̄e qō ē ꝛ viuit ꝑpter ip3 ꝑ ip3 ē ꝛ viuit. Ita om ne quod sentit per ipm sentit. Et sicut habet omnē potestatem et i perium supra nō esse ꝛ supra non viuere. Ita supra nō sētire. Ideo potest extrahere q̄cquid vult ō ñ sentire ad sentire et oia que dicta sunt de esse dicantur de sentire.

¶ Sequitur doctrina de ipo in telligere.

Quia ipsum intelligere est ultimus grad⁹ in scala na= ture et per ꝯñs nobilissim⁹. Ideo de ipso est loquendū ampli⁹ ꝙ̄ de viuere et sentire. vnde q2 pbatum est ꝙ om̄s quattuoꝛ gradus pdu cti sunt de nō esse. ꝛ ideo sequit̄ ꝙ intelligere quod est in mūdo pro ductū ē de nō esse et de nō intelli gere. Et ideo necessario sequit̄ ꝙ il le qui pducit et dedit intelligere habet in se ipo intelligere quod ē nobilissimū esse. Proterea ꝑ ipm esse hoc idem pbatū ē iam qm̄ ip sum esse est deus et de⁹ est ipm es se et h3 quicquid pōt ptinere ad esse. Et q2 intelligere ptinet ad es se ymo est nobilissimū esse ꝛ excel lentissimū ḡ in esse dei necessario est intelligere aliter defficeret in suo esse illud qō est nobilissimum Sed cū eē dei sit summe simplex ꝛ in eo nulla sit cōpositio sequit̄ ꝙ ipmmet esse dei est ipmmet intelli gere et q̄cquid pbatum est de esse dei iam pbatum est de intelligere nec oportet pbare de nouo sed so lum aplicare ad ipm intelligere. Dicam⁹ ḡ per oꝛdinē sicut dictu3

Deus p seipm et no p aliu intelligit queap nc p discursu

est de esse. vnde sicut esse dei nō ē acceptuȝ ab aliquo nec datū nec cōicatum ita nec ipm intelligere dei. Et sicut esse dei est primū totaliter ita intelligere. Et sicut esse dei est simplicissimū ita intelligere. Et sicut esse dei ē summe vnum ita intelligere. Et sicut de⁹ est suū eē ⁊ est ipmmet eē. ita etiā ē suū intelligere ⁊ ipȝmet itelligere. Et quemadmoduȝ esse dei eo qꝛ est primū elōgaẜ in ifinitū a nō eē ⁊ fugat totaliter nō esse et ante se nō habuit nō esse nec post se pōt habere nō esse. Ita intelligere dei eo qꝛ ē primum et est idē qđ ipm esse. Ideo elōgaẜ i infinitū a nō intelligere ⁊ fugat totaliter nō intelligere priuatiuū qđ est ignorare. Et sicut esse dei nūq̄ est incipiens nūq̄ ꝺ finens. Ideo est eternū et p p̄ns ipm intelligere. ¶ Item sicut esse dei est infinitum sine mēsura ita ⁊ intelligere. Et ita sicut esse dei nō pōt restringi per nō esse ita intelligere dei nō pōt restringi per nō itelligere ⁊ iō i suo itelligere est oē itelligere et q̄cq̄d ptinet ad intelligere Et sicut ad esse dei nō potest fieri additō nec diminutō nec aliqua mutatio. Ita nec ad intelligere dei. Et ideo sicut esse dei nō est in potencia ad aliquod eē nec aliud pōt recipere. Ita itelligere dei nō est in potencia ad aliquod intelligere nec in suo intelligere potest aliquid recipi. Et ideo sicut suum esse est semper in actu cōpletissimum pfectissimum ita suū intelligere.

¶ Ulterius sicut suū esse est immutabilissimū et ideo nō decurrit ab vno in aliud nec hȝ p̄teritum nec futurum sȝ tantum esse p̄ns. Ita suum intelligere non decurrit ab vno i aliud nec hȝ p̄teritū nec futurum sȝ tm̄ presens et ideo omia sunt ei p̄ñcia ab eterno et in eternum. ¶ Item sicut de⁹ non indiget aliquo alio ad essendū. ita nō indiget aliquo alio ad intelligendum. et sicut de se ipo est ita de se ipo intelligit. Et qꝛ esse dei est infinitum ⁊ ipse ꝯtinue intelligit suum esse. Ideo semper intelligit in infinitū. Et qꝛ in ipso est tot⁹ mūdus et quicquid potest esse in eo. Ideo quia semper intelligit suuȝ esse continue intelligit et videt totum mundum et omnia que possunt esse. Et quia in suo esse sunt omnia simul. Ideo simul omnia intelligit videt et cognoscit per suum esse quod est speculum vniuersale.

¶ Propterea quia perfectissime itelligit se ipm qꝛ tm̄ ē suū itelligere q̄tū ē suū eē iō intelligit se hr̄e eē eternū et se viuere in eternū et eē imortalissimū ꝯpletissimū omipotētissimū totalit̄ ⁊ plenissime intelligit suū eē tale q̄le ē. et qꝛ idē ē esse ei⁹ q̄ suū intelligere. Iō sēp ⁊ cōtinue intelligit suuȝ intelligere

Item q2 in ipo esse dei sunt ifi= niti grad9 essendi actu vt pbatū est. Et q2 ipe intelligit totaliter su um esse. Ideo simul intelligit infi nitos grad9 essēdi intelligendo su um esse. Ulterius q2 duo sūt es se tm̄ vt pbatum est sc3 esse dei in finitū ⁊ esse mūdi pductum ab eē dei cōtinēs quattuor grad9 gene rales ⁊ q̇libet grad9 ptinet quasi i numerabilia esse. Et q2 totum eē mundi est pductum ab eo iō siml' actu intelligit cognoscit et videt totum esse mūdi om̄s grad9 spēs et naturas et oīa indiuidua et q̇c quid cōtinetur in toto mundo et quicquid fuit est et erit et pōt eē. Ideo simul et actu videt et nūe= rat totā arenam maris om̄s gut= tas eius om̄s partes terre et oīa que cōtinētur in terra et inuisceri bus terre. Om̄s stellas celi om̄s dies om̄s horas oīa momēta tem poris que fuerūt sunt et erūt. Et om̄s herbas et virtutes eaꝝ oēs arbores et oīa folia oīa seīa ⁊ gra na. om̄s aues pisces et aīalia oēs homines qui fuerūt sunt et erūt. Et cogitationes itētiones corda et desideria oīm hoīm. opera et v̈ ba oīa siml' cognoscit ⁊ videt cla= rissime ⁊ nihil est ei occultū. Ecce qualiter suum intelligere est infi= nitum et in cogitabile ⁊ ita neces se est ipm esse et Oīa sunt tanq̄ nihil apud eū. Preterea q2 nūe ri pñt multiplicari in infinitum ⁊ etiam figure. ⁊ ideo ipse intelligit simul et actu infinitos numeros et infinitas figuras vt triangulū quadrangulu3 et sic de alijs que multiplicātur in īfinitū. Et iō sciē cia dei ē infinita in numerabilis incogitabilis et sapiencie ei9 nō est numer9. Rursus sicut cōpa ratum fuit esse ad nō esse. Ita po= tes cōparare intelligere ad nō in telligere. q2 sicut est duplex nō es se negatiuum et priuatiuum. Ita est duplex nō intelligere sc3 nega tiuum et p̄uatiuu3. Et ideo q2 in telligere dei est p̄mū. et ipe de9 ē intelligere et iō nō veit de nō itel ligere nec pōt habere nō intelli= gere priuatiuu3 quod vocat̃ igno rare siē ignorācia. Sed oīs alia res que intelligit recipit de nō in telligere suum intelligere sicut de nō esse. Ideo nō pōt habere ipsū totum intelligere sicut nec totum eē. Ideo om̄e aliud intelligere est finitū et mēsuratū nec pōt aliqua alia res intelligere infinita simul nec successiue. Et q2 oīs alia res q̄ intelligit habuit de nō itellige= re suū intelligere. Ideo pōt h̄ere post itelligere n̄ itelligere sic̄ post esse nō esse. Et nisi manuteneatur ab ipso deo qui ē esse et intellige= re statim rediret in nō esse ⁊ nō in telligere. Et sicut deus habet om nem potestatem supra nō esse q̄a est ipm esse et supra nō viuere co quia est ipm viuere et supra nō se

Negans et sua pparata i deo. dicit deu nō esse.

tire qꝛ est ipm sentire. Ita etiaz supra nō intelligere et ignorare co qꝛ est ipm intelligere. Ideo potest deducere quicquid vult de non esse et de nō intelligere a desse ⁊ intelligere et similiter de ignorare ad scire.

¶ Quedem regula generalis ad oia que dicuntur de deo.

RUrsum ponēda est quedem generalis regula ad oia p̄dicta et sequēcia et est ista

¶ Qd̄ sicut in deo idē est esse qd̄ viuere idē est esse quod sētire. idē est eē quod intelligere idē est esse qd̄ veꝝ esse idē ē esse quod bonū esse ⁊ sic de oībus. Ita p oppositū in deo idē est nō esse ꝙ nō viuere ꝙ nō sentire ꝙ nō intelligere ꝙ n̄ bonū esse ꝙ nō veꝝ esse et sic de oībus. Ergo qui dicit deū nō viuere dicit deū nō esse et q̄ dicit deum nō intelligere dicit deū non esse. et qui dicit deū nō bonuz eē vel non veꝝ vel nō iustū vel non posse vel aliquā aliā impfectionē dicit deum nō esse. Ergo sicut impossibile est deū nō esse ita impossibile est deū non viuere nō intelligere non esse bonū et sic de omibus aliis. Et sicut deus fugat a se per suum esse oīe nō esse. ita fugat oīe nō intelligere per suum intelligere. oīe nō posse p suum posse oīe non esse iustum omne non bonū esse n̄ veꝝ ⁊ sic d̄ aliis.

¶ Quod per intelligere ꝓbatur deum nō esse corpus nec res corporalis.

Capitulū de duobus amorib⁹ ꝑ- mis ꝛ ꝙ nō sūt nisi duo amores ꝑ mi vn⁹ est amoꝛ dei et dr̄ cōis et vniuersalis seu volūtas cōis et v niuersalis. et ali⁹ amoꝛ est sui ipi⁹ qui dicitur amoꝛ ꝓpri⁹ seu ꝑuat⁹ seu volūtas ꝓpria et ꝑuata.

Q Uoniā aūt iam dictū est ꝙ ex re primo amata et ex vo- luntate fit in nobis vnus primus amoꝛ qui postq̄ est generatus est radix origo principiū et fūdamē- tum oīm amoꝝ et ꝙ in virtute il- li⁹ ꝑmi amoris oia alia amantur et ꝙ per illum amorem de nouo nascunt̃ innumerabiles amores vl' possūt nasci. Et hoc declaratū est etiam per exemplū familiare. Et ideo sequitur ꝙ qui vult habe re solidam et veram cognicioneȝ de amore ꝙ necesse est ꝙ cogno scat naturā ꝯdicōnes ꝓprietates primi amoris. Et q꞉ nūc debȝ tra di scia de amore iō ad cōplenduȝ ei⁹ sciam est vtile scire q̄tum no- bis sufficit ꝙ duplex ē amoꝛ scȝ ꝑ mus et scōns et ꝙ duplex ē amoꝛ prim⁹ tradendū ē igit̃ de ipo pri- mo amore iq̄tuȝ prim⁹ ē iam aūt dictuȝ est ꝙ nō possūt ēe in nobis nec in volūtate nostra duo primi amores sil'ꝫ vnus tm̄. ꝓpterea q꞉ nō pōt esse in nobis nisi vna res primo amata a volūtate ꝛ nō due siml' ꝛc. Cōsiderandū ē quod pos- sunt esse amores primi et quomō se hn̄t inter se. Unde tot possūt ēe amores primi quot possūt ēe res primo amate a voluntate. Et q꞉ res primo amate non possunt esse nisi deus vl' aliqua res creata de nihilo seu aliud quod non est de⁹. ideo primus amoꝛ nō potest esse nisi amoꝛ dī vl' amoꝛ creature fac te de nihilo sine alicui⁹ quod nō est deus. Et ideo si amoꝛ dei non est primus necesse ē ꝙ amoꝛ cre- ture sit primus. et ꝙ si deus nō est res primo amata necesse ē ꝙ cre atura sit res primo amata vel ali- quid quod non est deus. Rursuȝ inter omnes creaturas illa erit ꝑ mo amata ab illa voluntate que ē sibi magis amica cara ꝛ propin- qua. Et ideo quia voluntas po- test reflectere suum amoreȝ ad se ipsam et dare suum amorem sibi ipsi. et pōtest vti se ipsa vt duab⁹ rebus. Et per consequēs ipsa vo- luntas primo amabit se ipsā tan- q̄ maxime caram amicam et pro pinquam sibi ipsi.

Et sic inter om̄s creaturas res p̄mo amata erit ip̄a volūtas p̄p̄a siue ip̄emet hō. ita ꝙ si deus nō esset res p̄mo amata hō p̄mo dabit amorem sibi ip̄i ꝛ nō alicui alt̄i. Et sic si amor dei nō est p̄mus necesse est ꝙ amor sui ip̄ius sit p̄mus Et sic habem⁹ duos p̄mos amores et ad istos duos reducuntur oēs amores. Due igitur p̄nt esse res p̄mo amate et per p̄ns duo p̄mi amores. habem⁹ cognitionē de istis duobus amoribus et hēmus ꝯpletā cognicionē de amore q̄ntum erit nobis neccesse scire. Queram⁹ igitur p̄prietates ꝛ cōdiciones cuiuslibet et quomodo se habent inter se.

Quod isti duo amores p̄mi sunt inter se capitales inimici contrarij et aduersarij.

Et qm̄ nō possūt eē due res p̄mo amate simul ab ip̄a voluntate sicut nec duo sponsi p̄mo eiusdē sponse nec duo rectores seu episcopi simul eiusdē ecclasie. Qr si duo viri voluerūt habere vnam spōsam neccesse est ꝙ sint inimici inter se et pugnent. Et ideo neccesse est ꝙ isti duo amores sint int̄ se inimici capitales quia nō possunt esse simul ꝛ quod quilibet sit p̄mus. Et iō īq̄tum quil; vult habere p̄mitatem et esse p̄mus repugnarēt et nō possent simul stare in vnitate et ista repugnācia oritur racione p̄mitat̄ que nō possūt dari nisi vni. Et ideo si amor dei sit primus et nō amor sui ip̄ius ymo si voluerit esse in volūtate op; ꝙ sit sc̄dus. Alit̄ nō posset stare sub racōne p̄mitatis. Et sic amor dei īq̄tum p̄mus nūq̄ potest habere aliquē inimicū in volūtate nostra nisi amorē sui ip̄ius q̄r solus pōt esse p̄mus et vult esse p̄mus ꝛ ille solus vult sibi facere bellum. Et iō isti duo amores q̄r sūt in inimici inq̄tum p̄mi habent ꝯtrarias p̄prietates et cōdiciones. Et ideo cognitis p̄prietatib⁹ vni⁹ cognoscētur p̄prietates ꝛ ꝯdicōes alti⁹.

Quod p̄rogatiua p̄mitatis de iure vni istorū amorū potest competere et solum vni debetur.

Et quia isti duo amores impugnāt super pocessione p̄mitatis et cum non possit esse nisi vn⁹ primus amor et oportet ꝙ sit Ideo neccesse est ꝙ vni soli debeatur d̄iure pocessio p̄mitatis seu p̄rogatiua. Et quia omnia iura nature et omnes creature concluserūt que nō possunt mentiri ꝙ amor dei de iure debet esse p̄mus et ꝙ deus debet esse res primo amata et q; sibi soli debetur totus amor primus et nulli alteri et hoc ex naturali obligatione que non potest negari. Et sic iam determinatum est ꝙ amor dei deb; habere de iure et iusticia pocessionem p̄mitatis et p̄rogatiuam et ꝙ deus debet esse res primo amata et

etiam natura amoris sic requirit vt scz deo primo debeat dari iam eñ probatum est ꝙ nulla res digna est ꝑmo amore nostro nisi deus. Exinde concluditur ꝙ amor dei qui solus debet esse ꝑmus in nobis de iure et debito obligationis si sit prim⁹ vt debȝ esse. Ipse est ordinatus iust⁹ verus rectus sanctus et est ꝑma iusticia prima rectitudo bonitatis. Sed si amor suipsius sit prim⁹ ita ꝙ primo aliquis det amorẽ sibi ipsi et ipsemet sit res primo amata tũc iste amor per oppositũ ꝑmi amoris dicti est in ordinatus i iustus falsus inde bitus contra deũ ꝯtra veritatẽ cõtra totum ordinem nature et est ꝑma in iusticia prima in ordinatio prima iiuria dei ꝑma offensa dei primũ malũ ꝑmuȝ viciũ prima iiquitas. Unde quia nõ dat amoreȝ primo deo cui totũ debȝ ⁊ cui primo est debitus et obligatus ⁊ qui primo est dign⁹ amari et dat alteri cui primo nõ debȝ ⁊ qui nõ est dignus ꝑmo amari scz sibi ipsi tũc facit deo maximã iniuriã maximaȝ in iusticiã maximũ vituperiuȝ maximũ dedec⁹ ꝙtum in eo est. et est cõtempt⁹ dei maximus et primus. Et ideo qñ homo dat sibi ipsi primo et sue voluntati ꝓprie amorem duob⁹ modis est cõtra deũ Primo quia ipe est res ꝑmo amata et solũ deus debet esse res ꝑmo amata ex obligatõne nature et ex sua dignitate. et sic ipse homo vel ipsamet voluntas recipit locũ prerogatiuum ꝑmitatem que ei soli scz deo debetur. Scdo quia ipse homo dat amoreȝ ꝑmo sibimet et in hoc facit deo iiuriaȝ et in iusticiã et sic inꝙtũ dant primo amoreȝ et inꝙtũ ꝑmo recipiens amoreȝ inimicat̃ deo et est cõtra deum. Si aũt res primo amata esset alia res ꝙ ipse hõ tunc solũ vnomõ iimicaret̃ deo scz iꝙtũ dat i iuste alt̃i quod soli dõ debet̃

Quod homo ꝑmo diligẽs se ipsũ facit se ipsuȝ tanꝙ deum.

Et qz ꝓgatiua primitatis soli deo debetur et nulli alt̃i ⁊ sibi soli ꝑmo debetur amor ideo qui primo dat amoreȝ ⁊ ꝓgatiuaȝ ꝑmitatis alteri ꝙ soli deo cui debet̃ facit ⁊ ꝯstituit illaȝ rẽ tanꝙ deũ. Si igit̃ homo det ꝑmo amorẽ sibi ipsi amat seipm primo ⁊ ipse fit res primo amata ⁊ tunc facit seipsuȝ tanꝙ deuȝ ⁊ non soluȝ est contra deuȝ quia auffert deo qõ ei debituȝ est. sed est contra deuȝ magis et maxime quia facit seipȝ tanꝙ deuȝ quia recipit dignitateȝ et prerogatiuaȝ dignitatis et tũc homo ꝙtum in eo est destruit et anihilat deuȝ et facit deuȝ non deũ et hoc est sũma in inimicicia sũma ꝯtrarietas qua nõ potest eẽ maior sicut qui facit se regeȝ contra regeȝ i imicatur regi. Et sic hõ efficitur sũmus i imicus et aduer

sarius dei capitalis ⁊ totalis ⁊ de directo pugnat cõtra deum. Et qꝛ amor conuertit mutat totaliter et trãsformat volũtatez amantꝭz in rez amatã ideo tunc ipsa voluntas sic homo mutaꝛ ⁊ trãsforma tur i seipsz seu ipsa volũtas totalit mutatur et ꝯuertitur in seipsaz et facit in seipsam suũ primũ fundamẽtuz extra deuz et ꝯtra deũ ⁊ sequitur solũ se ipsã et amat seipsaz solũ. Et quia primo et ante oĩa amat se iõ alia que amat. amat propter seipsuz et in oĩbus nõ diligit nisi se. Et quia voluntas est res ꝑmo amata ideo habet totuz dniuz totuz imperiũ sui ipsius et soluz dñatur sibi ipsi et nullã aliam sequitur voluntatez sed ipsa est ꝑma in se ipsa et facit seipaz primã Et ideo tunc maxime est cõtra deum quia auffert deo quod soli dõ ꝓpriuz est scz habere ꝓpriaz voluntatez et sequi suaz voluntatez et nullaz aliã habere supra sequã sequatur et esse primã voluntatẽ et velle quicquid vult ꝓpria volũtate. Sed qñ hõ primo amat se ipsum et propriã voluntatẽ tunc vlt illud quod vult ꝓpria volũtate et nullã aliam sequitur voluntatem et tunc auffert deo quasi coronaz suam qꝛ sicut corona soli regi cõpetit sic propa voluntas deo soli conuenit. Et sicut regem aliquez in honoraret et iniuriareꝛ in summo qui sibi aufferret suã coronaz Ita inhonoraret et iniuriareꝛ deũ qui auffert ei priuilegiũ voluntatis proprie cũ ipe solꝰ debeat habere. Et sic qꝛ ex amore sui ipiꝰ sequitur ꝓpria voluntas. Ideo seqtur maxime ꝙ fit maxima iniuria cõtra deuz de directo dñio. Et ꝙ tunc hõ facit se tanꝙ deuz. Ideo ex ꝯñti appetit vult et desiderat illa que soli deo debentur scz proprium honorem laudẽ et gliam. qꝛ postꝙ hõ facit se tanꝙ deũ oportet ex ꝯñti ꝙ vellit illa sibi dari q̃ soli deo debẽtur sicut ille qui facit se regem vlt habere ea que regi dbentur. et sic hõ in se ipo facit suũ regnuz ꝓprium diuinũ extra deũ et incboat aliud regnũ qđ est contra deũ. Igitur hõ qui ꝑmo amat se ipsuz qꝛ facit se ipsuz tanꝙ deum cõstituit se deũ et cõtinue auffert deo quod ei debeꝛ et sibimet ꝙtum ꝑõt acquirit Sic igr solus amor sui ipsius ex quo sequiꝛ propria voluntas cõstituit ipsuz hominem inimicũ dei capitalem.

Quod sicut amor dei qñ est primus et prima radix origo et fons oĩm bonoꝝ ita amor sui ipsius ẽ radix prima origo et exordiũ omnium malorum qñ est primus.

Uoniam aũt isti duo sũt primi amores et ideo sunt prime radices aloꝝ amoruz et oĩm aliorum que sunt in hoĩe quia pri

mus amor est causa omniuz et p primuz amorem omnia sūt. Et qr sunt isti duo amores capitales in unici. Ideo si vnus est bonus alter est malus. Et quia amor dei debet esse primus solū et tunc est sanctus verus iust⁹ ordinatus et scōm deuz vt iam dictū est. Et iō quia ipse amor dei est pma radix opz ꝙ omnia oriantur ab illo et omnes amores et omnia que fiēt fient scōm illum amorez. Et quia est primus bonus. ideo est radix de necessitate omniuz bonoruz amoꝝ origo ⁊ fons. Quia qualis est radix qualia sunt omnia que oriuntur a radice. Et ideo quia amor dei qñ est primus in nobis ē primū bonuz nostruz. Ideo omia bona nostra oriuntur ab ipso ⁊ nihil est bonum nisi oriatur ab ipso et nulluz malū potest oriri ab ipo Et ideo quia est pma iusticia nostra oritur ab ipso. Et quia est primum bonum nostrum oritur ab ipso. Ideo est prima lux nostra pmuz lumen nostrum aquo oritur oīe lumen nostrum. Et ideo est etiam prima veritas nostra aqua oritur ois veritas nostra et etiam prima rectitudo nr̄a aqua ois nostra rectitudo oritur et ē pma ordinatio recta aqua orit̃ ois recta ordinacō. Et est prima amicicia vera et bona et nr̄a fortitudo aqua oritur ois nr̄a fortido et est pma vita nr̄a aqua nascit̃ tota vita nostra. Et est pmū bonū op⁹ nr̄um aquo orit̃ oīe bonuz op⁹ nostruz et est prima quies aqua orit̃ omis quies et etiam prima trāquilitas pma pax vera aqua oritur omis pax vera. Sic igit̃ quia amor dei pmuz est bonū nostrū extr̄s in nobis et ideo est radix oim̄ bonoruz nostroruz sequitur etiam ꝙ est radix in nobis fons et origo omnis iusticie ois lucis luīs et vere pacis v̄e consolatōis vere leticie veri gaudij vere quietis vere amicicie omnis virtutis ois veritatis ois fortitudinis ois vite oim̄ bonoꝝ operuz omis habundancie ois vere cogitatōis ois securitat̄ incorruptōnis pietat̄ dulcedinis mãsuetudinis ois boni desiderij et oim̄ bonoꝝ hois quecūꝗ sunt Qui igit̃ in se hz amorē dei pmo habz radicē i se tot bonoꝝ scz oīz et oīa ista ꝓcedūt pmo ex re amata que est de⁹ qui est oīe bonū ⁊ qr amor cōuertit volūtatē nostrā in rez amatā ideo trāsformat totaliter ⁊ ꝯuertit hoiez in deū ⁊ in suaz voluntatē ⁊ sic facit hoiez diuinū vnū cū deo amicū dei. Et qr de⁹ ē cōissim⁹ ⁊ vniūsalissim⁹ ad oīa iō etiaz qr tantūse extendit amor sicut res amata sequit̃ ꝙ amor dei facit volūtatez nr̄am cōem et vniuersalē cōicabilē ⁊ extensibilē ad oīa ideo amat oīa nō ꝓpter se ipz sz ꝓpter deū nec ꝓpter necessitatē vel idigentiaz sz qr dei sūt.

Et ideo qr deus nō indiget crea-turis. Ideo tūc etiā volūtas nul-la indiget creatura et per ꝯñs tal' volūtas nulla hz indigenciā non est fluens nō est variabilis sed sta bilis firma et solida. et hec hz qr res primo amata est deus.

Sicut aūt amor dei qñ est pri mus est prima radix omni-uz bonoꝝ in nobis qr est primuz bonū nostruz exñs in nobis. Ita per oppositū neccesse est ꝙ amor ꝓprius seu priuatus qui est amor sui ipius qñ est prim⁹ sit radix pri ma oim maloꝝ et neccesse est ꝙ oia mala nostra oriātur ab illo qr primū maluz est radix origo et ex orduz oim maloꝝ. Et ideo amor sui ipius seu amor ꝓprius qñ est primus est prima radix prima ori go in nobis ois iiusticie ois vicij ois peti ois cecitatis oim tenebra rum ois obscuritatis o is ignorā cie ois falsitat' ois erroris fraudis doli deceptionis deuiationis di-scordie imūdicie oim maloꝝ ope ruz crudelitat' amaritudinis ipie tatis falsoꝝ desiderioꝝ ois mali amoris desolationis tristicie mor tis corruptiois debilitatis mise-rie ois pene ois inordinatiois oif macule ois turpitudinis et ois in gratuitat' mendam infidelitatis inuidie superbie auaricie ois neq̄ tie timoris desperationis odij de tractionis et murmurationis. Et hoc ideo qr amor sui ipius qñ est primus in nobis est primū malū prima iiusticia prima cecitas pri-ma tenebrositas prima ignorācia prima falsitas prima obliquitas prima iimicicia primū maluz op⁹ prima credulitas ipietas iiqtas mors corruptio miseria inordina tio macula turpitudo igratitudo primū mendaciū primū venenuz pmū vir⁹ voluntat'. Ideo neccef sario ab ipo oriūtur tot mala tot venena. Qui igitur hz in se ipo amorē sui ipius primā hz i se ipo plantatā radicez oim maloruz et oia procedūt ab ista eo ꝙ res pri-mo amata ē ipa volūtas seu ipse bō nō quia est amata sed qr ē pri-mo amata nec qr ē amor sui ipi⁹ sz quia est prim⁹ ⁊ iuꝙtū est pm⁹ et iō est contra deū extra deū sine deo. Et ideo sicut de⁹ est fons ori go et radix oim bonoꝝ. Ita ipsa voluntas qñ est res primo amata et est ꝓpria et non deus facta est origo oim maloꝝ. Et qr ipa res ꝑ mo amata est creata denihilo for mata creata ⁊ in se ipa nullā hñs firmitatē sed semꝑ est tendēs ad ñ esse de natura sua et est semp indi gens. Ideo cū amor mutet aman tem in rem amatā tūc hō nullam hz in se firmitatē nullā securitatē sz semꝑ fluctuat semꝑ indigēs nū ꝙ quiescens eo quia est mutat⁹ i creaturā scz in se ipm. ⁊ iō qr crea tura est in se ipa vaitas iō hō est tunc cōuersus in vanitatez. Et

quia hō indiget alijs creaturis si ne quib⁹ ñ pōt eē. Ideo tūc amat alias creaturas ꝓpter ingentē indigenciam et neccessitatē et ideo est subiect⁹ eis. Et qꝛ creature corrumpūtur et mutātur et nō ꝑmanent Idō ipe est in continua sollicitudie et tribulatiōe. Sic igr̄ amor sui ipi⁹ qñ ē ꝑm⁹ facit hoiez inimicum dei capitalē facit ipm malū et nequissimū et plenū oibus malis et subiectū alijs creaturis. Et sic habem⁹ duas radices primas oppositas vnā oīm bonoꝝ et aliā oīm maloꝝ. et neccesse est vnā sēper vl' aliaz esse in voluntate ⁊ in hoie. Et operātur cōtrarias res i volūtate. qꝛ prima radix scʒ amor dei qñ est prim⁹ facit voluntatez dīnam cōem et vniuersalez cōicabilez. Sed alia radix scʒ amor sui ipius qñ est prim⁹ facit volūtatē cōtra deū et ꝓpriā et ꝑuatā et totam sui ipius et i cōicabilē. Amor dei facit voluntatē sanctā iustam bonā benignā ⁊ hūilez. Sʒ amor sui ipsi⁹ reddit valūtatem iniustā malaz malignā ⁊ supbaz. Et amor dei facit quietē ⁊ pacificaz voluntatez et amicabilē. Sed amor sui ipsius reddit ipam inquietez litigiosam et discordataz. Amor dei facit voluntatez āplessimā largissimā et maximā. Sed amor sui ipsius reddit ipam sanctissimā ⁊ minimā. Amor dei facit libertatē sūmaz i volūtate nulli creature subiectā sed omi creature iferiori dominantē. Sed amor sui ipis pōt eaz ponere in sūma capacitate et oī creature subiectā. Amor dei facit voluntatē imobilē. stabilez firmaz et inuariabilem. Sed amor sui ipsi⁹ reddit ipam fluctuantez instabilē mobilē et variabilem. Amor dei facit voluntatē vnitissimaz inse ⁊ idō fortissimā. Sʒ amor sui ipius reddit ipam diuisibilez frangibilez et valde debilez. amor dei facit voluntatē plenā securaz nullomodo alio indigentē sed sēp habētem. Sʒ amor sui ipi⁹ facit voluntatez vacuā famescentez sūme pauperez ⁊ idigētē. Amor dei facit volūtatē hitare i ꝓpa patria i ꝓpria domo. Sed amor sui ipi⁹ facit ipam exire de terra propria ⁊ de patria de domo sua ⁊ habitare in terra aliena in patria extranea et facit eam vagam extra domū suā. Amor dei facit voluntatem pulcherrimā et valde amabilem Sʒ amor sui ipsius reddit ipam turpissimaz et valde odibilem. ¶

Quod amor dei et amor sui ipsius sūt due porte due ianue duo principia et duo lumina cogitatōnis hominis.

¶ Qꝛ ab istis duobus amoribus procedūt oriūtur et fiunt oia ⁊ gubernātur scʒ que fiūt

ab hoibus volūtarie. et ideo cum isti duo amores sint causa omniū alioꝝ sequit᷑ ꝙ ex ipsis dependet tota cognitio alioꝝ scȝ bonoꝝ et maloꝝ qꝛ amor dei est principiū ad cognoscēdum oīa bona hoīs Et amor sui ipsius seu ꝓprius est principium ad cognoscendū oīa mala hoīs. Et qui ignorat amorē dei ignorat oīa bona hoīs. Et qui ignorat amorē sui ipiꝰ ignorat oīa mala hoīs quia ignorat radices oīm bonoꝝ et maloꝝ et causas ⁊ nō videt bonū et malū hoīs quia nō videt ianuas ⁊ portas bonoꝝ et maloꝝ. Sed tñ est magna dīa inter istas duas radices quia q̇ hȝ amorē dei in se primo talis cognoscit ipsum et per ipsū etiā cognoscit amorem aliū scȝ sui ipsiꝰ et oīa que secūtur ex illis. Sed q̇ hȝ soluȝ in se amorē sui ipsiꝰ nec illa que sequntur ex illo cognoscit nec ipsū amorē. Et cā est q̄a amor dei est lux et lumē illuīans et ideo facit videre se ipsum et suū oppositum scȝ amorē sui ipsius et illa q̄ oriūt᷑ ab eis. Sȝ amor sui ipiꝰ q̄ȝ est tenebros⁹ et obscur⁹ primo et de natura sua. Ideo abscōdit ⁊ obstruit seipm et celat vt nō videat᷑ et excecat intellectū ne videat ipsum amorem. Et ideo q̇ hȝ illum amorem primū oīa bona et mala ignorat et nihil videt de bonis et malis hoīs qꝛ tenebras oīno possidet et nulla lux est in eo ⁊ hoc est ignorare eā. Et qꝛ etiā radix ē semper occulta et latens. Ideo difficile est cognoscere istam radicē q̄ est cā latentissima oīm maloꝝ. Sic igr̄ sicut habemꝰ duas radices oīm bonoꝝ et maloꝝ summe Igitur habemꝰ videre istas portas ne ignoremꝰ duas ciuitates scilicet ciuitatem bonoꝝ et ciuitatem malorum.

Quod ex amore sui ipsius nascuntur duo principales amores mali et ex illis alij.

Et qꝛ hō hȝ aīam et corpus que sunt diuersa nec appetunt idem. Ideo ab amore sui ipsius fluunt et oriūtur duo amores distincti quoꝝ vnus nō causatur ab altero. Unꝰ em̄ est rōne aīe et aliꝰ ratione corporis. Ratōne aīe causatur amor ꝓprij honoris ⁊ excellentie sed rōe corporis amor delectationis et voluptatis corporalis. Uñ qui amat seipm primo statim amat honorē propriū seu excellentiā. Uel amat delectatiōes carnis et ita amat duo tanq̄ ipsiꝰ bona maxima. Et deide ad istos duos amores seqūtur alij amores qꝛ necessario oīa amat q̄ vallent vel ad ꝓprium honorē agēdō conseruandō et multiplicandō et deffendendō vel ad ꝓpriā corporis delectationē et cōtrahitur magna familiaritas amicicie cuȝ istis rebꝰ et iō necessario amat bona exte

riora scȝ res corporales ⁊ diuicias et habūdantiā exteriorē et magis amat illa que magis valent ad h̄ Et quia peccunie multum valēt ad vtrūqȝ ideo sūme amat peccunias Et sic ↄtrahitur maxima amicicia ⁊ familiaritas singl'aris cū peccunijs. Amat etiā sciencias officia ⁊ dignitates que valent ad honorē et excelientiā ꝓpriaȝ et sic ex amore sui ipsi⁹ oriūtur quattuor amores viciosi mali et corrupti que dicuntur. quattuor vicia scȝ supbia que est amor ꝓprij honoris et excellentie et luxuria et gula q̄ sunt amor corporalis delectationis et carnalis voluptatis et auaricia q̄ est amor inordinatus reꝝ exteriorum et maxime peccuniaꝝ. Et q̄a qui amat honorē ꝓprium vel propriam delectationē corporalē hȝ in odium omne quod pōt destruere vel diminuere vel venire ↄtra se ip̄m et cōtra ip̄m honorem vel ip̄am delectationem et exinde nascit̄ ira que ē amor vindicte ↄtra illos qui ledūt honorē ꝓprium vl' delectationē corporalē. Nascitur etiā inuidia que est odiū de alieno bono iq̄tuȝ pōt diminuere ꝓpriū bonū. Nascit̄ etiā ex ip̄o amor ē ꝓpē delectatōis amor corporis q̄et̄ et fuga laboris et excercicij. et hoc est pigricia seu negligenciā. Et sic oīa vicia ex amore sui ipsius oriuntur.

Qd̄ sol⁹ amor dei q̄n ē p̄m⁹ facit verā vnionē inter hoīes ⁊ facit eos vnum et solus amor sui ipsius seu ꝓprius causat diuisioneȝ et litem inter ip̄os.

Quoniaȝ aūt amor mutat voluntatē in rem primo amatam ⁊ ideo si res primo amata sit vna numero tm̄ extn̄s cōis oībus hoībus et illa res sit primo amata a quolibet tūc om̄s illi sūt amores similes et cōformes et neccessario om̄s illi amantes habebunt vnionē inter se. et iō si amor dei sit prim⁹ in quolibet hoīe vt p̄ma radix tūc quia res primo amata ab oībus est vna nūō indiuisibilis et cōicabilis oībus et tunc sup eam om̄s tales amores fūdatī sūt similes et ↄformes et oriūt̄ ab vna et eadē re ab vno et eodem capite. Ideo tūc neccessario ē vnitas cōcordia pax vera inter hoīes quia null⁹ amat suā ꝓpriam voluntatē sȝ tm̄ dei. Null⁹ amat suū ꝓpriuȝ honorē sed tm̄ dei. et ideo tunc discordialis diuisio nō hn̄t itrare intra hoīes nec habent portam per quam possent intrare quia amor dei qui est primus in quolȝ claudit totum vt nō intret malum et neccessario opportet q̄ oēs amēt se adinuicem quia amor cuiuslȝ nō orit̄ ab altero loco. et sic amor dei q̄n est prim⁹ in quolȝ causat verā vnionē et ↄcordiā inter hoīes et vnit eos et in quolibet facit vnū Sed q̄n quilȝ primo amat se ip̄m

et suā ꝓpriā volūtatē Ita ꝙ amor sui ipsius est pm⁹ in quolꝫ tūc res primo amata a quolꝫ nō est vna numero cōis oib⁹ ymo sūt tot res primo amate quot sūt hoies quia quilꝫ est mutat⁹ et cōuersus in se ipm singlariter et in suā propriaꝫ voluntatē et amat suaꝫ propriam voluntatē et sequit eaꝫ et ꝑ ꝯñs amat primo suū ꝓpriū et singulareꝫ honorē et suā singularē excellentiaꝫ et suā ꝓpriā delectationē corporalē et ꝗ̄ō nō pōt amare aliū honorē nec aliā excellētiā nisi suā et ꝓpter suū ꝓpū honoreꝫ ⁊ nūꝙ auget ꝯseruat et multiplicat nisi ꝓpriū honoreꝫ ⁊ nihil reputat honoreꝫ aliuꝫ et iō preponūt suū ꝓpriū honorē oī alteri honori ⁊ necessario hꝫ odio oēm aliū honorē qui pōt diminuere suuꝫ propriuꝫ honorē. Et quia iaꝫ supra mōstratum est ꝙ qui primo amat se ipsū facit se deuꝫ ꝙtuꝫ in eo est eo ꝙ amat suā propaꝫ voluntatē ⁊ suū singularē honoreꝫ primo et ideo quot erūt hoies amātes se ipos pmo ⁊ suā ꝓpriaꝫ voluntatē et propriuꝫ honorē tot erūt diȷ̄ in mundo diuisi et separati interse nō hñtes ad inuicē vnitatē quia nō est vna res nūo primo amata ab oibus a qua oritur inter hoies vnitas et societas vera et iō necessario tūc opꝫ ꝙ sit diuisio discordia inimicicia odiū. ita ꝙ sit bellū inter hoies quia ql̄ibet vult ꝯseruare custodire augmētare et deffendere suū propriuꝫ honorē quē primo amat ⁊ hoc nō pōt fieri sine discordia lite et odio q: hoies viuunt in eodē mūdo et sil' et de eisdē rebus et null⁹ hꝫ in se ipo sufficienciā. Sicut aūt dictū est de proprio honore. ita pōt argui de propria delectatōne corporali. Et sic manifestū ē ꝙ sol⁹ amor sui ipius seu propius ex quo ꝓpria voluntas et ꝓprius honor causat facit veram diuisionē et discordiaꝫ rixam litē et īimiciciā bellū et odiū vindictā ⁊ quicquid exinde sequitur iter hoies. Et ꝑ ꝯñs sol⁹ amor ꝓprius est radix oīm maloꝝ que pñt fieri inter hoies omnes.

Quod oīs hō q̄ primo amat se ipm amat se pmo tāꝙ hūc hoiem et non tanꝙ hoiem.

Uoniā aūt q̄quid est saut ē cōe aut singulare quia singularitas et cōitas sunt duo modi oppositi cōes oibus. Et ideo q̄ primo amat se ipsum necesse est ꝙ amet se ipm pmo vt hūc hoiem vel vt hoiem et quilibꝫ hō est hic hō in se singularis exñs idem numero hñs suaꝫ propriam existenciā et singl'arem personā et ē diuisus et sepat⁹ a quolꝫ alio hoie. Et q: ē hic hō et nō alius hō et sic q̄libet q̄ amat pmo se ipm amat se pmo tāꝙ hūc hoieꝫ singularē et sub rōne singularitatis et nō tāꝙ hominem ratione communitatis.

Et qr amor mutat amantē in amatum idō qr res primo amata ē hic hō singl'aris et hoc indiuiduū. idō tunc qui primo amat seipm ē mutat⁹ cōuersus et trāsformat⁹ in se ipm singl'arem hoiem. et idō talis ē ligat⁹ cū seipso tanꝙ cū hoc hoie singulari et qr hic hō tanꝙ singularis et tāꝙ hoc indiuiduū est diuis⁹ separatus ab oi alio hoie et ab oī alia re singl'ari quocūqꝫ mō sit illa et cū nulla alia re cōuenit ⁊ ꝓpter hoc amor iste ē singularis ꝓprius et priuat⁹ et nō cōis. Et qr tm̄ se extendit amor ꝙtū extendit se res primo amata et nō ascēdit sup̄ ideo qr res primo amata ē hic hō singularissim⁹ inꝙtū ē hic hō Ideo iste amor ñ pōt se extēdere nec ascēdē ad aliā rōꝫ vl'rē cōeꝫ ideo se pōt extēdere mīme ad homīnē inꝙtū hō qr est rō vl'res cōmunis et altior et idō tunc nō pōt amare alios hoies inꝙtuꝫ hoies quia nō pōt amor iste solus plus ascēdere ꝙ hic hō. Et qr iste amor ēst prim⁹ ideo alij amores exibūt de isto amore et oēs essent priuati amores et diligit suū bonū priuatum primo scꝫ suū honorē suā ꝑuataꝫ excellēciā nec iste amor se pōt extendere nisi ad illa que respiciunt suū bonuꝫ priuatū et honorem propriū suam delectioneꝫ et voluntatem ꝓpriam et idō diligit alios hoies inꝙtū respiciunt ⁊ valēt ad suum priuatū bonum et suum ꝓpꝓpriū honorē et suam ꝓpriam voluntatē ad suaꝫ ꝓpriā delectationeꝫ et sub isto respectu et sub ista cā et ratione amabit oīa q̄ amabit et in oībus nō amabit nisi se ipm singulariter qr oīa amabit ꝓpter se. Et sic possum⁹ cōcludere ꝙ cū amor sui ipius seu ꝓprius sit radix oīm maloꝝ ex hoc ꝙ res primo amata est hic hō tanꝙ hic. quod origo oīm maloꝝ est ꝙ quilibet amet primo se ipm tanꝙ hūc hoiem singularem ab oībus alijs diuisum et separatū. sꝫ qr deus est cōis et vniuersalis hoibus oībusqꝫ creaturis qr ab ipo veniunt et ab ipo substentātur et ꝯseruantur idō qñ de⁹ ē res ꝑmo amata tunc talis amor cōis et vniuersalis est et ideo radix oīm bonorū scꝫ cōitas et vniuersalitas reddit amorem bonū singularitas et proprietas reddit amorē malū qr ꝙto origo amoris est magis cōis tāto melior et quāto magis particularis tanto peior et totū oritur primo a re primo amata ꝑm̄ ꝙ est cōmunis et vniuersalis pluribus vl' singularis et etiam priuata.

Quod homo quilibet pōt viuere et scire certitudinaliter ꝑ experientiam exemplar ꝓprium et sciēciā sibi ipsi ex se ipo et per amorē sui ipi⁹ qualē se debeat hr̄e erga deū et q̄d debeat deo inꝙtū de⁹ ē

Uoniam aūt quilibꝫ hō debet conari ꝙtum poterit vt

certissime oïa videat q̃ dʒ q꞉ hoc est bonũ suũ et q꞉ nõ põt esse magis certus ꝙ qñ per se ipm̃ et inse ipso videt quid dʒ deo. Jõ dabit̃ hic queꝛ̃ breuissima doctrina q̃ fũ datur in amoꝛe sui ipius seu ꝓpo per quã doctrinã oïs hõ potest videre in seipo tanꝙ in exẽplo propinquissimo qualit̃ se debeat hr̃e erga deũ et nõ idigebit nisi seipo ad hoc cognoscenꝺ̃ nec opportebit querere alios testes extraneos Vñ iam mõstratũ est ꝙ solꝰ deus de iure nature dʒ esse res primo amata ⁊ ei soli hoc debet̃ vt amoꝛ p̃mo sibi detur. Et exinde mõstratum fuit ꝙ qui primo amat seipʒ et primo dat amoꝛẽ sibimet ꝙ ipe facit se tãꝙ deũ q꞉ ipemet est res primo amata quod soli deo debitum est. Si g̊ diligat primo seipm̃ ⁊ det amoꝛẽ sibimet facit se tanꝙ deum et sic tenet sibiip̃i locũ dei. Vñ postꝙ amoꝛ est primũ debitũ quod dʒ dari primo soli deo ⁊ hic homo dat sibiip̃i primo et ꝑ ꝯñs dat sibimet oïa illa que sequũtur amorem primũ et que ligant̃ cuʒ amoꝛe primo. et q꞉ oïa illa que aliquis dat sibimet ip̃i vel vult dari et fieri eo q꞉ primo amat se ipm̃ et inꝙtuʒ primo diligit seipm̃ oïa illa dʒ dare soli deo et velle ꝙ soli ip̃i deo dent̃ eo q꞉ primo dʒ amare deuʒ. Si aliquis vult scire que sunt ilia que dʒ dare deo videat illa que vult pro se ipo et que vult sibi dari ⁊ quid ꝑ se ipo facit eo q꞉ primo amat se ipm̃. Vñ illa q̃ vl't et facit ꝑ seipo et vult sibi dari et fieri ꝓpter hoc q꞉ primo amat se ipm̃ vult et facit tanꝙ sibi ip̃i deo q꞉ tunc est tanꝙ deus et tũc erit certꝰ ꝙ oïa illa dʒ dare deo q̃ facit ꝑ seipo ⁊ vl'le soli deo dari q̃ vl't ꝑ se ipo fieri. Ponet igit̃ deũ loco sui ipsius. ⁊ iõ q꞉ qñ p̃mo amo memet ipm̃ primo amo volũtatẽ et sequoꝛ eã et nullam aliã. Et iõ similiter q꞉ primo debeo amare deum primo debeo amare volũtatẽ suã et solum scire eam et nullã aliam. Similiter q꞉ amo memetipsum primo et sequoꝛ voluntatem meaʒ desidero amo volo p̃mo honorem meũ et illum volo ꝯseruare et erigere et exaltare et honoꝛẽ meum prepono alteri honoꝛi ⁊ volo ꝙ om̃s dent mihi honoꝛẽ et cõseruent et augmẽtent illũ. Igitur hoc ꝯuemẽter debeo deo scʒ desiderare amare velle primo honoꝛẽ suum ꝯseruare illuʒ exaltare augmẽtare. honoꝛeʒ dei debeo ꝓponere oĩ alteri honoꝛi et debeo velle ꝙ om̃s dent sibi honoꝛẽ ⁊ amẽt illum. Jta ꝙ debeo preponere deum loco mei. Similiter q꞉ primo diligo honorem meũ habeo odio omnẽ alium honorem qui nõ cõcordat cũ meo et qui potest diminuere vel destruere honoꝛeʒ meum et contra illum pugno. Jta similiter debeo habere odio omnẽ

alium honorē qui nō cōcordat cū honore dei et qui nititur destruere vel diminuere ipm ꝛ debeo pugnare contra oēm talem honorē qui vult diminuere honorem dei

Conformiter si primo amo me ipm amo primo laudē meā et volo laudari ab oībus et volo ꝙ omnes dicant bonuꝫ de me et nullꝰ dicat malum et volo habere magnam famā magnū nomen. Ita similiter qꝛ primo debeo amare deum debeo ponere deum loco mei et ideo primo debeo amare laudem suam et velle ꝙ laudetur ab oībus et velle ꝙ oēs dicant bonum de ipo et nullus dicat malū et velle ꝙ habeat magnā famam et magnum nomē et ꝙ nullꝰ conparet suam famā ꝛ suum nomē qꝛ postꝗ̄ mihimet ipi volo ista quia primo amo me ipm signum est ꝙ ista debeo velle deo quia primo debeo amare ipꝫ sicut eñ illa mihi ipsi facio et volo quia primo ꝺ facto amo meipm. ita debeo facere illa et velle pro deo quia primo debeo amare deum. Item ꝛ primo amo meipm primo credo mihimet ipi ꝛ do fidem et credulitatem primo mihi ipi et volo ꝙ alij dent fidem et credulitatem mihi et nullus reputet me mendacem

Ita qꝛ primo debeo deuꝫ amare debeo ponere deuꝫ loco mei et debeo primo credere et dare fidē et credulitatem ei et velle ꝙ alij dent fidem et credulitatem sibi ꝛ nullus reputet ipm mendacem

Similiter si diligo primo me volo ꝙ omnia mea conseruent̄ et que pertinent ad me. Ita quia debeo primo dare amoreꝫ deo ꝺ beo velle vt oīa que sunt dei et que pertinent ad deum crescant conseruantur et nunꝗ̄ diminuentur et conformiter est dicendum de omibus que facio et fieri volo mihimet ipi qꝛ primo diligo me ipm. Sic igitur manifestum ē ꝙ q̄libet homo potest habere veram cognitionem et certitudineꝫ de hijs que debet dare deo ꝛ hoc per amorē sui ipius qm̄ omnia q̄ quilibet facit vel sibi fieri vult iꝗ̄ tuꝫ ipemet est res ꝑmo amata debet facere et velle fieri deo qui solus debet esse res primo amata qꝛ in hoc quilꝫ tenet locum dei et occupat locum dei quia deus debꝫ esse vbi ipemet est. debet igitur se ipsum remouere de illo loco et de illa sede et ponere deum loco sui et tunc faciet omnia deo in veritate et veraciter vl' fieri vellet que sibimet et veraciter et non ficte faciet vel fieri volet quia ista in veritate debet. Et sic amor sui ipius et proprius fortiter nobis manifestat et declarat per experienciam modum et formam qualiter nos debemus habere erga deum.

Et sic patet q̄ quilibet i se ipo por tat modū formā ⁊ exemplar scrip tum et depictū qualiter se debeat habere erga deū. ⁊ hec est scīa cer tissima indubitatissima quā null⁹ negare pōt ⁊ i se ipo per quā expe rienciam videt.

De vltimo et finali fructu qui nascitur ex istis duobus primis amoribus

Uoniam aūt vltimū et fina le quod spectatur de oī re et desi deratur est fructus ei⁹ et nihil ali ud spectatur vltra. et hoc manife stum est in seminibus et plantis ⁊ arboribus qꝛ propter fructum fi naliter oīa fiunt. qꝛ illud quod ex qualibet re colligitur est fructus eius. Diuersi autē fructus hn̄t di uersa sēia et diuersas plantas ⁊ ar bores ex quibus nascunꝰ et pullu lant et etiā diuersa semia ꝓducūt diuersos fructus ita q̄ quodlꝫ se men. habet suum proprium fru ctum et qulꝫ fructus suum ꝓpriū semē. Et ideo qꝛ in voluntate no stra sicut i terra et agro spūali po sunt esse et seminari seu plantari ⁊ radicari duo amores primi. nō si mul tanq̄ duo prima semina, et ꝑ me due plāte et due ꝑme radices. Et ideo cōsiderandū est cuꝫ sūma diligencia quē fructū et qualem producet nobis quodlꝫ semē et q̄ libet radix finaliter et quē fructū colligem⁹ de dei amore qn̄ erit ꝑ mus in nobis et quē de amore ꝓ prio qn̄ erit primus. et qꝛ nō sunt nec esse pn̄t nisi due ꝑme radices amoris et duo prima semia. Ideo etiam nō possūt esse nisi duo fru ctus finaliter finales et vltimi. Et qꝛ radices et semina ꝯ̄riautur ⁊ opponūtur seu inimicātur adin uicem ita q̄ nō pn̄t aliquomodo ī simul esse in eadeꝫ terra qꝛ vna ra dix destruit aliā. Ideo etiā neces se erit q̄ fruct⁹ finales et proprij istarum duaꝝ radicū inter se ꝯ̄riā tur opponātur ⁊ inimicentur et n̄ pn̄t aliquō insimul esse. ⁊ neccesse est q̄ vnus totaliter occidat ⁊ de struat aliū. Considerandū est igiꝰ qui sunt isti fructus.

Quod gaudium durās siue fi ne et tristitia que finē nō hꝫ sunt duo fruct⁹ qui finaliter nascūtur in voluntate tanq̄ in agro ō amo re dei et ō amore ꝓpo sui ipius tanq̄ de duobus seminibus in ca primo seminatis.

Et quia ex oibus que hō fa cit et operatur nō remanet finaliter in hoīe nisi gaudiū vꝉ tri sticia ita q̄ gaudiuꝫ et tristicia sūt duo vltima que nascūtur et oriun tur in volūtate et corde hoīs ⁊ ad ista duo terminātur oīa que facit hō qꝛ quicquid facit hō nō potest in se ipo aliud colligere qđ portet secū et in eo maneat nisi gaudiuꝫ vel tristiciam. hoc est em̄ totum lu crum quod reportat de qualꝫ re. Unde ista duo colligata sūt in oī

opere hoīs. Et necesse est q̄ sequatur gaudium vel tristicia in eo. et ideo gaudiuз et tristicia sūt duo fructus quos colligit hō de oībus. ⁊ ppt̄ hoc q̄cquid hō operatur. operatur ꝓpter gaudiuз vt habeat finale gaudium nec aliq̄d vult nisi gaudiuз et q̄n hз gaudium nihil aliud querit quia gaudiū iplet ipm et nulla alia res potest ipm saciare nisi gaudium. Et q꞉ tristicia opponitur gaudio ⁊ cōtrariatur ei. et ideo hō semꝑ fugit tristiciā et querit gaudiū. et quia verꝫ gaudiū est ver⁹ fruct⁹ hoīs ⁊ bon⁹. et tristicia fruct⁹ eius mal⁹ et quilз fruct⁹ hз suum ꝓpriuз semen. Ideo necesse est q̄ istud verum gaudiū habeat suum ꝓpriuз semen de quo nascitur et etiā ipa tristicia. Et cū i hoīe nō possint eē nisi duo prima semia et due ꝑme radices scз duoꝝ amoꝝ iaз dictoruз. Ideo necesse ē q̄ oīa alia nascātur et oriātur ex istis duobus seībus. Et iō sicut nō sūt nisi duo prima semia ꝯ̄ria inter se et due prime radices. Ita nō p̄nt esse nisi duo fruct⁹ ꝯ̄rij finales scз gaudium et tristicia. Sic igitur habem⁹ duas ꝑmas radices ⁊ duos finales fruct⁹ illaꝝ radicum. Et quia gaudiuз est bon⁹ fruct⁹ desiderat⁹ et amabilis. Ideo necesse est q̄ nascatur et oriat̄ de bono semine et bona radice. Et q꞉ tristicia est mal⁹ fruct⁹ odios⁹ et fugibilis. Ideo necesse est q̄ oriatur et nascatur a malo semie et mala radice. Et ideo necesse ē q̄ verꝫ gaudium oriat̄ de amore dei ⁊ tristicia plena oriatur ex amore proprio sui ipius et sic habem⁹ ꝑmū animū scз voluntatē. Secundo habemus duo seīa scз amorē dei ⁊ amorē sui ipius et habem⁹ duos fructus finales sclз gandium et tristiciam.

Declaratio q̄ ex dei amore q̄n est prim⁹ oritur gaudium durās sine fine.

Uoniā autem vbi amor nō est nullū gaudium pōt esse quia ex solo amore nascit̄ gaudiū Unde gaudiū generat̄ q̄n voluntas hз illud quod vlt et amat. Si eñ nihil amaret nec vellз tūc nullum gaudiū habere posset. Et silr̄ tristicia generatur q̄n volūtas hз quod nō vult nec amat sed habet odio. et ideo q̄n deus est res primo amata a voluntate tūc ex tali amore necessario generatur perpetuuз gaudiū q꞉ de⁹ non potest mori nec pōt defficere ipi volūtati semꝑ est p̄ns ipi volūtati ⁊ iō semper voluntas habet quod vult semper hз rem amataз sibi p̄ntem indefficientem immortalem semper viuentem immobilem inuariabilem nullo indigentē. et ideo amor dei semper potest durare ⁊ permanere quia talis est amor qualis ē

res amata et ideo talis amor erit immortalis indefficiēs fixus firmus immobilis semp viuēs nullo alio indigēs continuo durans Unde quia volūtas nostra exquãatur amor et semiatur est imortalis et ppetua ꝛ spūalis et res pmo amata scȝ de⁹ immortalis impassibilis inuariabilis sūme bon⁹ sūme amabilis summe spūalis et cōuenientissim⁹ voluntati qui solum ē dign⁹ primo amari et cui primo et pricipaliter debet amor Sequitur ꝙ talis amor qui habet talia fūdamēta imortalia erit imortalis perpetuo durās sine fine termino nūꝙ defficiēs q₂ ipa volūtas per amorē mutat in rem pmo amatā. Ergo sequitur ꝙꝗcquid ex tali amore sequit nascitur et oritur erit imortale inuariabile firmū solidū et fixū nūꝙ defficiēs durans sine termino. Et q₂ ex tali amore de neccessitate nascetur et orietur gaudiū sequit ꝙ illd gaudium erit sine fine durās nunꝙ defficiens nūꝙ deffluēs sȝ inuariabile firmū fixū solid et imortale manēs in ipa volūtate. Sicut eñ ex amore sequit gaudium ita ex eterno amore oritur eternū fūdamentū gaudij et eternū gaudium Et sic declaratū est ꝗlit ex dei amore qñ ē prim⁹ in volūtate oritur in ipa gaudiū sine fine durās.

De ꝯditionib⁹ et ꝓprietatib⁹ quib⁹ inductū ē istud gaudium.

Et q₂ gaudiū est fruct⁹ amoris. Ideo tale erit gaudium qualis est amor et talis est amor qualis res amata et q₂ iā mōstratum ē quas cōditiones certissime et quas ꝓprietates hȝ ipse amor dei Ideo sequitur ꝙ similes ꝯditiones similes ꝓprietates erūt in ipso gaudio orto et nato de tali amore q₂ qualis amor est talis est fruct⁹. et iō q₂ amor dei qñ est primus est sol⁹ iust⁹ sanct⁹ ver⁹ ordinatus pur⁹ sincer⁹ immaculat⁹ mūdissim⁹ diuinus optim⁹ et rectus et bm naturā hois inꝙtum hō ē Exinde sequit ꝙ istd gaudiuȝ quod nascitur de tali amore est solum iustuȝ sctm veꝝ ordinatū puruȝ sinceꝝ imaculatū mūdissimū diuinuȝ et optimū et rectuȝ. et est gaudiū quod ꝯuenit hoī inquantū hō ē ꝛ scōm naturā hois et est totuȝ scdȝ deū q₂ sicut amor ē tot⁹ scdȝ deū. ita totū gaudiū qd oritur ab illo amore est scōm deū. Et sic totuȝ gaudiuȝ orit ꝛ nascitur d deo et radicatur in deo et in creatore et nō in creatura ꝛ iō durabit tandiu ꝙdiu deus durabit ꝛ deus semp durabit et pmanebit ineternum. Et q₂ vbi ē veꝝ gaudiuȝ neccessario est vera leticia iō tale gaudiū icludit vam leticiā iocūditatē hylaritatē delectationē ꝛ ꝺlectatū ꝯplacenciā ꝗetē trāqlitatē diuicias exultationē iubilationē suauitatē dulcedinē securitatē

et saturitatē. Et ideo quia gaudi⸗um erit eternū semp durans sine fine sequit̄ q̄ cū tali gaudio erūt oia ista sc3 leticia eterna et vera sine fine delectatō eterna v̄a 7 recta iocunditas eterna hylaritas semper durās ꝯplacētia perpetua et quies et trāsquilitas eterna deli⸗cie sempiterne sine fine exultatio 7 iubilacio perpetua suauitas si⸗ne termino societas eterna et dulcedo perpetua. Ecce igitur condi⸗ciones et proprietates quib⁹ erit vestitum ipsum gaudiū.

Quod istud gaudiū dat vita3 homini seu volūtati et cordi.

Et q2 istud gaudiū est fruc⸗tus ideo q2 fruct⁹ nascitur et orit̄ ꝑpter vitam et ad dādum vitam et nutrimētu3 et substenta⸗tum sequit̄ q̄ istud gaudiū dat vitam et nutrimētu3 homi et volū⸗tati ei⁹ et de ipso ipsa volūtas vi⸗uet et nutriet̄ 7 ē propa vita hoīs et cordis. sicut em̄ tristicia ē mors hoīs ita gaudiū est vita ei⁹. Ubi aūt nullū gaudiū nulla vita. Ubi nisi tristicia ibi nisi mors. Gaudium aūt viuificat hoīem aīam de⸗lectat̄ eam dilatat et āplificat eā et facit eā crescere ꝯfortat fortifi⸗cat substentat letificat cibat dat dulcedinē et omē3 suauitatē sapo⸗rū faciat implet saturat eam et iō hō nihil aliud vl̄t nec desiderat sem⸗per nisi gaudium et sufficit sibi. Per ꝯtrariu3 aūt ipa tristicia mor⸗tificat animā ꝯstringit diminuit debilitat destruit et ad nihilu3 reducit et nullus vult null⁹ appetit null⁹ desiderat ipsam tristicia3. Quis enim vult esse ī tristicia cōtinua semp quilib3 vult esse ī gaudio. Sicut igit̄ tristicia est mors anime ita gaudiū est vita ei⁹. qui igit̄ habet veꝝ gaudium 7 perpetuū h3 vitam veram et perpetuā et qui hab3 tristiciā perpetuā h3 mortem ꝑpetua3. Ergo qui hab3 amorem dei in se hab3 vitam ve⸗ram et ꝑpetuam que de ipso dei amore nascit̄ sc3 veru3 gaudium quod est vita vera Qui igit̄ h3 totum bonū qd̄ hō vult hr̄e h3 gaudiū veru3 qd̄ est totum ꝯplemētū hominis quia igitur totu3 bonū quod homo vult habere non est nisi ipsum gaudium quod est vita eius et qn̄ homo habet gaudium hab3 totum quod vult habere q2 omnia vult habere propter gau⸗dium et vt habeat gaudium. Et quia istud gaudiu3 generatur de amore dei solum et non de alia re ideo sequitur q̄ ad habendu3 to⸗tu3 bonum nostru3 totam vitam nostram et totū nostrum ꝯplemē⸗tum sufficit habere vnicam rem scilic3 ipsu3 amorem dei. Et quia amor est intra homine3 et nō ex⸗tra q2 est in voluntate et in corde iō sequit̄ q̄ ad habēdū totū bonū nr̄m 7 totū qd̄ finalit̄ volum⁹ sc3 ipm̄ gaudiū nō ē necesse habere

aliená rem extra nos ꝛ ꝑ ꝯsequēs nec aurum nec argentuȝ nec lapides ꝑciosos nec vestes preciosas nec honores nec digítates nec officia nec sciēcias nec bona tēporalia nec delectationes corporales nec cibos nec potus. Sufficit igitur habere ipm amorē dei de quo nascitur totum bonū nostruȝ ꝛ totum gaudiū. Et qꝛ amor dei portatur in sola voluntate ergo hō pōt portare totū suū bonuȝ in sua volūtate et qꝛ volūtas est semꝑ i sua libertate ꝛ in suo dn̄io ꝛ nullomō pōt cogi nec pōt ab ea aliq̄d auferri nisi ipsa volente. Sequitur qḋ ipsa volūtas si vult nūq̄ in etnū pōt ꝑdere suū bonuȝ nec suū gaudiū nec per ꝯn̄s vitā suaȝ qꝛ nemo potest sibi aufferre amorē dei nulla res pōt sibi tollere nisi ipa velit et de suamet libertate. Concludamus igitur q̄ ipm gaudium qḋ nascitur de amore dei ē tota vita hominis et voluntatis.

De gaudio quod nascitur ex amore dei duȝ hō viuit in hoc mūdo.

Uoniā aūt ipsum gaudiuȝ sequitur amorem qꝛ est fructus eius ideo neccesse est q̄ sicut dilatatur ꝛ extenditur amor sicut crescit amor et multiplicatur. Jta dilatetur multiplicetur et extēdatur gaudiū. Et quia iam moustratum est q̄ neccesse est q̄ ex amore dei qn̄ est prim⁹ generētur ꝛ multiplicentur infinitē amores quia necesse est q̄ qui primo amat deū q̄ amet omnia que sūt sui inq̄tū sui sunt. ꝛ ideo amor dei se extēdit ad omnes creaturas inq̄tum dei sūt Sed primo se extēdit ad dei ymaginem ꝛ ad creaturas que sūt dei ymago. Et ideo qꝛ quelibꝫ creatura est dei ymago ideo qui ꝑmo amat deum statim amat suā ymaginem viuam et per consequens amat omnē homineȝ ꝛ exinde oritur statim gaudium de tali amore qꝛ sicut de amore dei nascitur gaudium ita etiaȝ de amore sue ymaginis viue inq̄tuȝ est sua ymago et sic tot gaudia hēbit quot amabit ymagines inq̄tū sūt dei ymagines et sic de quolibꝫ hoīe queȝ amabit inq̄tuȝ est dei ymago poterit habere habebit q̄ gaudinm ꝛ sic multiplicatur gaudiū in hoc mundo ꝛ sic quilibꝫ gaudebit de se ipso inq̄tuȝ est dei ymago viua quia amabit seipm inq̄tū est dei ymago. Ulteriu⁹ etiam quia amabit omnes creaturas inq̄tum dei sūt etiam gaudebit de omni creatura inq̄tuȝ dei est. Et sic de amore dei qn̄ est primus nascentur homini in numerabilia gaudia que omnia habent ortuȝ ab vna radice ab vno semīe scꝫ ab amore dei et iō iam hō viuēs i hoc mūdo recipit et colligit iestimabilē fructuȝ de amore dei q̄a sēp est in amore recto ꝛ bono et ꝑ ꝯn̄s cōtinue est in vita et ꝯtinue viuit ꝛ istud gau

dium nemo pōt tollere. Nec opꝫ in hoc mūdo acq̄rere auꝝ nec argentuꝫ nec habūdaciā reꝝ tpalium ad hn̄dum suum gaudiuꝫ qꝛ q̄ hꝫ amorē dei in hoc mundo hꝫ suas diuicias oēs in seipso et ifra seipꝫ quas nemo videt nemo scit nemo cognoscit nisi q̄ hꝫ. Et iō q̄ hꝫ amorē dei nihil extra ꝯsiderat nihil extra ꝯcupiscit. iō nulli inuidet nihil alienū desiderat qꝛ iā in se habundat iaꝫ plen⁹ ē suo bono scꝫ gaudio quod ē vita aie et cordis et iō oīa alia ꝓ nihillo reputat Et iō nō sitit nec esurit bona corporalia nec carnalia ſꝫ solū curat de amore ex quo oritur totuꝫ gaudium. Patet igr̄ et mōstratū ē gaudiuꝫ quod nascit̄ de amore dei dū hō viuit in mundo.

Quod gaudiū sempiternū qd̄ oritur de amore dei pōt esse tale ⁊ sil'e in īfinitis hoībus sicut ⁊ i vno et in quolꝫ pōt esse suuꝫ ꝓprium gaudiuꝫ sine īpedimēto alteri⁹.

T qꝛ vna res pōt esse p̄mo amata ab oībus hoībus scꝫ de⁹ et in quolꝫ hoīe esse amor dei sil'is et iō sequit̄ ꝙ etiā istud gaudium pōt nasci et gn̄ari in quolꝫ hoīe et talis pōt esse vn⁹ sicut alius qꝛ sicut oms̄ pn̄t habere amorem dei ita pn̄t hr̄e gaudiū quod nascit̄ de amore dei nec gaudium vni⁹ pōt īpedire gaudium alteri⁹ et sic oms̄ hoīes pn̄t hr̄e sil'e gaudium et pn̄t īpleri gaudio et tn̄ ꝓpter hoc null⁹ habet min⁹. et tale gaudium vn⁹ pōt hr̄e sicut alter ⁊ quilꝫ pōt habere suum gaudium singl'are et ꝓprium et tn̄ tale erit vnū sicut aliō qꝛ sunt sil'a sic amor est talis vn⁹ sicut alter. ⁊ istō gaudiuꝫ semꝑ pōt de nouo m'ltiplicari semꝑ pōt fieri gaudiū ⁊ m'ltiplicari et gn̄ari. Quia q̄uis inunmerabiles hoīes habeāt istud gaudium tn̄ adhuc pōt de nouo gn̄ari ī infinitꝭ hoībus si nascātur et sint. Nūꝙ igr̄ istud gaudium pōt finiri nūꝙ terminari ſꝫ semꝑ m'ltiplicari et tn̄ ꝓpter hoc gaudiū alic⁹ nō minuitur q̄to igr̄ hoīes multiplicabuntur tāto magis de nouo gaudiuꝫ multiplicabit̄ et tota cā est qꝛ res primo amata scꝫ ip̄e deus est in quolꝫ hoīe ⁊ in quolꝫ est amor dei et per pn̄s gaudiū. Si igit̄ ex vna re gaudiuꝫ pōt in ifinitum multiplicari sine sui dīnutione qꝛ nō ꝓpter hoc de⁹ aliquid ꝑdit de suo. Ecce igr̄ qualiter oms̄ hoīes et si sint infiniti pn̄t habere in sil' totum suuꝫ bonū totā suā vitam scꝫ totuꝫ suuꝫ gaudiū et hoc in ip̄o solo deo et qualiter ip̄e sol⁹ per seipm̄ est sufficiēs dare vitam in sil' oībus hoībus sine sui diminutione et hoc per amorē suuꝫ. videte igr̄ qualiter vera bona hoīꝫ nūꝙ diminuunt̄ ſꝫ semꝑ crescere pn̄t et nō hn̄t mēsurā neqꝫ terminum. ſꝫ dum magisꝗ m'ltiplicātur

hoīes magis etiaȝ bona possunt multiplicari.¶

De gaudio quod nascitur ex dei amore post vitā corporalem ⁊ ōnditur per pfenctionē gaudij et amoris ꝙ hō deū creatorē suū facie ad faciem et sine obstaculo et merito videbit.

Qoniā autē ipȝ gaudiū est fructus amoris dei ⁊ iō necesse est ꝙ istud gaudiū finaliter īpleatur et veniat intantā plenitudinem in tantā habundantiā qđ nō possit vltra crescere. ita ꝙ aīa ñ possit vltra plus accipere de gaudio et gaudium sit plenū. et q2 aīa per voluntatē amauit deū primo et iō ex tali amore sequiť ipȝ gaudium et cū ex cognitione dei seqť amor dei q2 vbi maior cogitio dei ibi maior amor dei q2 quāto magis cognoscitur de⁹ tanto magis amatur eo q2 est sūme bon⁹ summe benign⁹. Ideo nō pōt cognosci et nō amari. Ex cognitione igitur dei maiori sequitur maior amor deo et ex maiori amore dei sequitur maius gaudiū. Et ideo vt gaudiū sit plenū neccesse erit ꝙ aīa videat ipm deū facie ad faciē et hoc visione clara et certissima ad nutum suuȝ .i. ad voluntatē et tm̄ q̄tū voluerit sine medio vt sic ipm magis diligat ⁊ amet. Et per ɔ̄ns maius gaudium orietur ipsi aīe et hoc nō poterit esse nisi ipse de⁹ fuerit p̄mo amat⁹ ab ipa aīa et ōndet se ipm et manifestabit se ipm ipi aīe et ita facie et nō denegabit se nec abscondet se ⁊ hoc requirit ipe amor et mereť q2 amor facit reuelari et manifestari oīa secreta. et iō qui primo amauit deū videbit clare eū facie ad faciem ⁊ q̄to magis videbit magis amabit et quanto magis amabit magis gaudebit q2 res quā aliqs hȝ qñ est bona ⁊ optima q̄to magis cognoscitur tanto magis amatur et per oppositum de re mala q2 q̄to aliquis magis cognoscit rem malā tanto magis habet ipaȝ in odio et tāto magis contristať de ea. Igitur ille qui primo amauit deum cū deus sit optim⁹ et benignissim⁹ q̄to magis ipsum videbit et cognoscet tanto magis ipm amabit et per ɔ̄ns magis gaudebit. sic igr̄ ipa cognitio erit causa maioris amoris ⁊ maior amor erit causa maioris gaudij et tm̄ gaudebit aīa q̄tū amabit et tm̄ amabit q̄tū cognoscet ⁊ videbit. ⁊ vt pfectissime gaudeat oportet ꝙ perfectissime amet et vt perfectissime amet oportet ꝙ pfectissime videat et cognoscat. Et ideo plenitudo gaudij arguit ⁊ ōndit ꝙ aīa nostra clare videbit ⁊ cognoscet deū ipsum esse creatorē summe bonū benignū dulcē suauem amabileȝ pulchrū potentē sapientē et nullo indigentem summe sufficientem quia quando videbit et cognoscȝ

clarissime ipsum esse talem forti⁹ cũ amabit et fortius gaudebit.

Et q: pfectissimũ gaudiuz oriẽt ex perfectione et nobilitate amoris Ideo vt gaudium sit perfectuz ⁊ perfectissimuz oportebit ꝙ amor sit perfectissim⁹ et ꝙ amor ascen-dat ad vltimũ graduz perfectio-nis et dignitatis. Nõ aũt erit tal' nisi sit talis qualis cõuenit deo.

Et ideo quia de⁹ de se et ꝓpter se est sũme amabilis eo quia est sũ-me bonus ⁊ totus bonus ymo ip sa bonitas est ⁊ purissima bonitas sũme benign⁹ et summa benigni tas et tota benignitas et perfec-tissime amãs sũme liberalis sũme dulcis suauis sũme verus summe potẽs sũme sapiens. Et propter hoc sequitur ꝙ amor non erit per fectus nec ascendet vsq₃ ad vlti-muz gradum dignitatis et puri-tatis nisi anima amet ipm deum creatorem suũ propter suam solã bonitatem benignitatem liberali tatem ⁊ pulchritudinẽ suam et nõ ꝓpter bona data nec ꝓpter obli-gationem quia de se est amabilis deus et est purissimus et nobilis-simus amor et ex tali amore sequi tur perfectissimuz et purissimum gaudiuz. Et quia ad perfectionẽ gaudij sequiẽ sũma securitas ita ꝙ anima sit certissima et securissi-ma ꝙ nunꝙ perdet tale gaudium et ideo vt perfecte anima gaude-at erit sũme certa et secura ꝙ nũ-ꝙ amittet tale gaudium sicut cer ta erit ꝙ nũꝙ vellet amittere tale gaudiũ spõte et ꝙ deus nũꝙ auf fert ipaz vitam nec aliq̃ res potẽ tior poterit eam remouere a deo.

Et ista securitas orietur ex hoc ꝙ aĩa clarissime cognoscet deũ et ꝑ fectissime amabit et cognoscet ita ꝙ nõ poterit ipm nõ amare eo ꝙ cognoscet ꝙ de⁹ qui ẽ sũma boni tas in eternũ diliget eam ⁊ sic aĩa erit securissima ꝙ ipa i eẽnuz ama bit deũ ⁊ ꝙ in eternũ de⁹ creator suus eam amabit et ꝙ in eternuz videbit cũ et ꝙ nulla alia res po-terit destruere amorẽ ⁊ ꝑ ꝯñs erit securissima de suo eterno gaudio et ꝙ in sempiternum nõ amittet sed sempiternaliter tenebit.¶

dat ad suscipiendū ⁊ credat firmis sime ꝙ accipiet talē grām repn̄tatam et significatā tam per res visibiles ꝙ per verba. Quid ei magis firmū magis solidū magis securū ꝙ ordinatō xp̄i et verba sua quid em̄ fortius in regno q̄d magis īmutabile ꝙ regis ordinatō ⁊ iō talis ordinatio xp̄i et v̄bū suū iponūt necessitatez nō tn̄ cogentem sʒ volūtariaʒ vt hō recipiēdo res tales visibiles a xp̄o ordiatas debitomō recipiat talē grāʒ significatā p̄ tales res et vt xp̄s det ipsā q: ipse se obligauit dare ex sua bonitate et volūtate sūma securitas qn̄ scʒ ordinauit tales res visibiles et fecit pactū cū sūma boitate et beignitate voluit eomō ordinare quo magis hoib⁹ puenie bat. Si ei de⁹ secrete in vētre matris qn̄ corp⁹ est organisatū creat et dat aiam rōalem sine petione et postulatiōne tāto magis dabit grām suā scʒ iuisibilē si hō debito mō recipiat res corporales ⁊ visiles ab ip̄o ordinatas ad recipiendum suā grām. vn̄ tā aia ꝙ grā immediate fluūt a deo p̄ creatōnem et sic ip̄e ordinauit qn̄ fecit hoieʒ ꝙ quotiescūqʒ corp⁹ esset dispositum ⁊ organisatū reciperet aia rōalis quā ipse crearet. ita ordinauit qn̄ restaurauit hoiem ꝙ qn̄ hō reciperet debitomō tales res corporales ab ip̄o ordinatas reciperet grā sua in aia quā ipse crearet. et

ideo sicut de⁹ nunꝙ defficit quin creet ⁊ det aias. ita nunꝙ defficit quin creet et det grām iuisibilē. ecce igr̄ modū p̄ quē christ⁹ dei fili⁹ dat hoi lapso suuʒ bn̄ficiuʒ ⁊ adiutoriū ⁊ facit ipsū p̄ticipē i merito suo et morte sua ⁊ icorporat hoinem sibi et facit ipsū suū mēbrum et hō icorporatur ei et vnit ei ⁊ fit dedomo sua et de failia sua vidʒ per res corporales et visibiles ab ipso ordinatas per q̄s hō significatur vt sit su⁹. vn̄ si hō vlt recipe grām satisfactionis et redēptiōis per christū et ꝙ mors christi que oia meruit sit sua necesse ē ꝙ adhereat et vniat christo et credat ī eū ⁊ opʒ ꝙ ista credulitas ⁊ fides occulta maifestet p̄ signa exteriora et visibilia et iō debuerūt eē signa certa ⁊ deteriata visibilia per q̄ hoies p̄testarētur credere ī christum vt cognoscerētur hoies q̄ essēt mēbra christi sic ei necesse erat hoi ⁊ puenieba vt ita satisfaceret christ⁹ pro eo. ita cōueniebat hoi vt ita vniretur christo ⁊ daretur ei grā dei christi. Et q: per tales res corporales seu signa dat grā i aia et hō santifficatur et recipit bn̄ eē Et etiam q: christ⁹ ordinauit eas Ideo p̄pter hoc debēt venerari ⁊ honorari ⁊ dn̄t dici sacra ⁊ sancta et sacramēta ꝙuis sint res corporales et visibiles. ideo signāt res sacras et sanctas et preparant ad res sacras suscipiēdas ordinatas

a sanctissimo christo. quare nō immerito dn̄t dici sacramēta. et per pn̄s scala ista est sacramentalis

Quod primū sacramētum qđ de⁹ ordinauit ē baptism⁹ seu ablutio in aqua et ē sacramētum regn̄ationis et renouationis i quo homo corrupt⁹ et perdit⁹ gignit regeneratur et renouatur in esse nouo spirituali et gratie.

Uoniā autē iam declaratuʒ fuit in capitulo ⁊ tratatu de lapsu et corruptione hoīs in quo statu est hō laps⁹ q̄tum ad aīam et liberꝝ arbitriuʒ. et iō opʒ q̄ hō totaliter mutet ab illo statu corrupto quo ad aīam et recipiat nouū esse vt recedat antiquum esse. q̄a necesse est q̄ recipiat bn̄ esse et recedat male esse. Necesse est etiaʒ q̄ aīa faciat nouas operationes et relinquat antiquas et abluat a sua corruptōne a sua feditate ⁊ macula quā p̄hit ex societate carnis corrupte necesse est etiā q̄ fiat plena remissio oīs culpe ⁊ oīs peccati et q̄ destruatur oīs obligatio ad penaʒ vt scʒ aīa sit talis ⁊ reputet talis ac si nūq̄ peccassʒ nec aliquā maculā huissʒ Et ideo christ⁹ correspondet ad oīa ista que sunt inuisibilia et debēt fieri occulte in aīa ordinauit scʒ vt extertus in corpore fieret ablutio et lauacrum per aquā elemētatam cū verbis expsse designātibus ablutionē et lauacrum in aīa. dicendo ego baptiso te in nōie patris et filij et spūssancti. quod ē idem ac si diceret ego te abluo et lauo. Ista igitur ablutio visibilis que fuit exteri⁹ in corpore sicut ordinatū est simul cum verbis institutis significāt ablutionē inuisibilē occultam et secretam quā christ⁹ facit in aīa. queq̄dem ablutio fit per nouā grām siue per nouū bn̄ esse per quod receptū in aīa renouatur aīa et mūdatur et purificatur et fit totaliter amabilis et acceptabilis deo ac si nūq̄ peccatum fuisset in ea. et incorporatur atq̄ vnit cū deo xp̄o et tota passio christi efficitur sua ⁊ applicatur ei. Et ideo ista ablutio que fit in aqua eomō quo christ⁹ ordinauit vocatur sacramentum seu signuʒ regn̄ationis hoīs quia hoc est regenerare hoiem et renouare q̄r aīa recipit nouum esse spirituale quod ante nō habebat. Et ideo per istud sacramētum aīa intrat regnum celoꝝ ⁊ hō efficitur filius dei et heres et coheres christi. Et ideo in isto sacramēto hō recipit nouum esse nouū nomē quia nominatur christianus qui sicut recipit a christo nouuʒ esse. i. rem nouam per quā efficitur hō nou⁹ Ita recipit nomē a christo. Et sic christus cōmunicat suam rem et suam grām. Ita cōmunicat suuʒ nomē et sic homo innouatur quo ad rem et quo ad nomē. Et sic sacramentū baptismi est primū sca

la sacramētalis per quā homo lapsus ascendit et est scala cognoscēdi et suscipiendi inuisibile per visibile. Unde ipsa aqua et ablutio et mod⁹ abluendi sūt id quod videt. Et ideo sic corpus ꝓportionatur rei inuisibili ꝙtuz ad significationez et figuratōez q: illud quod videtur in sacramēto et signū et figura illi⁹ quod nō videtur. ⁊ ideo debem⁹ arguere de visibili ad inuisibile. et iō sicut aqua per suā puritatem mūdat ⁊ purificat oēs maculas et infectiones corporales ⁊ totalit̄ lauat et ita significat ꝙ aīa inuisibiliter mundatur et lauat ab oī macula et oī culpa et ab oī immūdicia et totalit̄ efficit noua et hoc per aquā inuisibilē scz per gratiaz nouā et nouū eē ē scōo spūale et sicut per aquā abluitur totuz corp⁹ exterius; ita significat ꝙ tota aīa abluitur intus. Itez sicut aqua est clara et dyaphana et susceptiua luīs: ita significatur ꝙ aīa int⁹ illuminat et effugant oēs tenebre spūales. Item sicut aqua per suaz frigiditatē refrigerat ita significat ꝙ int⁹ refrigerat ꝯcupiscentia carnis que aīam inficiebat per calorem libidinosum. Item etiā significatur ꝙ aīa recipit refrigerium a pena eterna ad quā erat obligata Item sicut ablutio fit in capite et deinde ad totū corpus: ita significatur remissio plenaria et ablutio oīm culpaꝝ et offensaꝝ et oīs obligatōis ad penā eternā ita ꝙ inter aīaz et deū nullū est obstaculū qđ impediret aīam ire ad deū. et iō significat aptio ianue ꝑadisi. Et sic patz qualiter sacramentuz baptismi quod fit in aqua corporali et visibili est scala ascendēdi ⁊ cognoscēdi īuisibile quo fit in aīa. Et q: nō solū est scala cognoscendi sz etiaz recipiendi et habendi. et iō hō suscipiendo exteri⁹ formā baptismi xp̄i seu ablutōez aque ordinatam a xp̄o q̄ est visibil̄ recipit int⁹ īuisibil̄r in aīa totū illud īuisibile qđ significat p aquā visibilez et hoc de necesse ꝟtute ordinatōis xp̄i q̄ ordīauit vt q̄cūq recipet suū baptismū a xp̄o ordiatū recipiet totū illō quod significat p baptismū. et sic p baptismū visibile fit inuisibil̄r incorporatio et vnio cū xp̄o et purgatio culpe remissio pene ⁊ appertio ianue celestis. et sic ī baptismo īquo fit gn̄atio noua ⁊ mutatō de statu in statum et de statu ꝓrio ad statū ꝓriū ⁊ ō male esse ad bn̄ eē et de nō esse ad esse et de malo inuisibili ad bonū inuisibile. et ideo ibi fit mutatio de morte ad vitā de tenebris ad lumē ō seruitute carnis et dyaboli ad libertatez dei Et sic hō p baptismū perdit ⁊ acq̄rit ⁊ totum est inuisibile quod ꝑdit et acq̄rit. Et etiaz per baptismū homo morit et viuit q: aīa perdit statum antiquū et vitā antiquā et desunt esse quo ad illū statuz qui est stat⁹ p̄cti et vicij et culpe et destruitur.

Et sic est ibi queđ mors quia aĩa ꝑus viuebat in vna vita et per baptismū moritur in illa vita et icboatur noua vita. et ideo homo per baptismū expoliatur et iduitur qꝛ expoliatur malo esse et quo ad vitam carnis et affectiones corporales et induitur bñ esse quod recipit a xp̄o. et sic aĩa exuit̉ quo ad antiquū primū hoiez et induit nouū hoiez scꝫ xp̄m: et qꝛ nemo pōt incboare vitam nouā ꝑriam ꝑme vite in qua viuebat nisi relinquat ꝑmā totaliter. Et qꝛ ꝑma vita erat volūtaria. opꝫ etiam ꝙ scđa vita noua sit volūtaria: et cū voluntas nō possit cogi. Ideo opꝫ ꝙ homo volūtarie reliquat et odio habeat vitā antiquā et ei displiceat et penitat ipm sic vixisse. et sic relinquitur penitētia in hoīe adulto qñ recipit baptismū ꝛ opꝫ vt displiceat mala vita ꝑterita. Uñ quia in homine adulto est duplex culpa scꝫ originalis et actualis qꝛ peccauit per ꝓpriam volūtatem et ꝯsensuꝫ et ideo opꝫ ꝙ habeat displicentiam actualiter qꝛ debꝫ recipere nouā vitaꝫ et nouū esse auxilio. et iō opꝫ ꝙ per volūtatem ꝓpriaꝫ ꝛ cōsensū adhereat se xp̄o et credat in eū: et iō in hoīe qui vtit̉ libero arbitrio requiritur fides ꝓpria et displicētia de mala vita sꝫ in paruulo qui nō hꝫ potentiā volendi neꝗ ꝯsenciēdi et qui nō peccat per ꝓpriam volūtatem sꝫ solū hꝫ culpam originalē et totū malū venit sibi ab alio: et ideo nō reqrit̉ ꝙ hēat fidem ꝓpriam nec displicentiā sꝫ sufficit ei fides aliena et ꝙ alij credant ꝓ ipo et cōsenciant et adhercant xp̄o ꝓ ipo et qm̄ hō ante baptismuꝫ et anteꝗ̄ viuat̉ christo est sub ꝑtāte dyaboli vt iam declatū est. et iō vt dyabolus expellat̉ ꝛ sua potestas fit exorcism⁹ añ baptismuꝫ ꝛ etiam fit cathecomini⁹ i. instructio de fide tāꝗ̄ queđ preparatoria ad baptismuꝫ Uñ quia in baptismo fit noua ḡnatio sp̄ual̉ et acquiritur noua forma. Jō debent oīa illa precedere que preparāt ꝛ valēt ad illā formā recipiēdā

Qđ sacramentum baptismi est scala ascēdendi et discendendi.

Icut aūt ꝑ sacramentū baptismi homo lapsus ascendit duob⁹ modis scꝫ cognoscendo et suscipiendo grām inuisibilem ita quođmodo xp̄s ascēdit hoiez lapsum in ipo sacramēto baptismi. in quo homo lapsus venit ad christū et christus venit ad hominem.

Unde ista sūt ordinata inter se q̄si quedē scala et cathena scꝫ diuinitas xp̄i et hūanitas mors seu passio et baptism⁹ xp̄i. Uñ gratia xp̄i bñficium et donū suū fluit et descēdit a deitate seu diuinitate xp̄i originaliter et hoc per hūanitatē xp̄i virtute mort̉ et passionis sue in qua est infinitū meritū et infinita virtus et hoc est per batismuꝫ

xpi. et dū hō recipit sacramentuz baptismi tunc gratia descendit ad hoiez. et sic xps tangit hoiem per baptismū suū: et sic baptism⁹ ē vltim⁹ gradus istius scale in descēdendo et istomō xps descendit qz donū eius descendit et induit hominez ex alto et q̄si totū induit qz sicut exteri⁹ corp⁹ cooperit cū aq̄. Ita eq̄. intus induit totaz aiam cū sua gr̄a cooperit eam. et sic xps tāgit corp⁹ cū aqua sua et tāgit aiaz cū gr̄a sua. et sic tot⁹ homo tangit a xpo: et iō tam corp⁹ q̄ aia incorporant et vniūtur cū xpo. et iō totus hō efficitur mēbruz xpi: ꝛ per ꝯñs hz partem in morte et passione xpi et in ꝟtute et merito passionis ei⁹ et hō baptisatur in morte et passione xpi ꝛ in sanguine eius qz in ꝟtute ꝛ merito mortis xpi in qua est aspers⁹ sanguis ei⁹ donū et gr̄a descēdit ad aiam que lauat et ideo baptism⁹ est instrumentū passionis xpi. Sic igr̄ totū est xpi et gr̄a descendens et baptismus p quem gr̄a descēdit et mors et passio hūanitatis per cui⁹ ꝟtutez descendit ꝛ diuinitas aqua gr̄a fluit vt a fonte et tāq̄ de fonte et etiaz homo efficitur ipsi⁹ xpi per baptismū: et sic nō in merito hō noiat christian⁹ et efficitur infiniti valoris et precij qz tūc empt⁹ est infinito precio scz morte xpi ꝛ nō est sui ipsi⁹ ipe hō tūc: sz est ex christo qz est membrum christi. et iō qui iniuriat et persequit christianū iniuriat et persequit christū. ꝛ qui honorat xpianuz honorat christū. Et ideo hō christianus dz reputare se esse xpi et nō sui ipsi⁹ et per ꝯñs dz cogitare quāto et quali p̄cio est emptus et q̄tū est xpianuz et quāta gr̄a est esse christianū. Et iō sūme dz cauere homo ne tm̄ nomen polluat ꝛ deturpet ne discordet a christo nec ipsū offendat. Ecce igit cathenā mirabilez seu scalam immobilem firmissimā diuinitas christi imutabilis habūdantissima creās oia de nihilo et hūanitas christi i qua est infinitū meritū et infinita virtus ꝑpter mortem ꝛ passionez suā quodquidē meritū semꝑ durat et nūq̄ pōt euacuari et baptism⁹ in quo est ordiatio et istitutio christi et preceptū recipiendi et omis hō qui recipiet illuz recipiet gr̄az suā. et iō qz ordinatio sua est imutabilis. ideo baptism⁹ semꝑ habz virtutē et efficatiam. et sic ista scala semꝑ manet fixa et immobilis Jō baptism⁹ fuit ordinat⁹ et nulla debz esse dubitatio quin hō recipiens aquā baptismalē recipiat donū et gr̄az xpi et in ista scala nihil est visibile nisi baptismus cum suis ꝑtinentijs. Et iō homo qñ recipit baptismū xpi capitur et ligatur inuisibiliter per gr̄am sibi dataz cuz xpo inuisibili et eleuatur et q̄si suspenditur et hoc per mediū visibile scz per baptismū xpi. et iō sa-

cramentū baptismi est q̄si homus p̄ quē christ⁹ piscat̃ ⁊ capit hoīes et trahit ad se q2 in hoīe est aliq̄d visibile et aliquid est occultū. Ita in baptismo est aq̄ visibilis et su= scipiendo aquaȝ exterius aīa int⁹ capitur per gratiā et efficitur x̄pi et sic patȝ qualiter christ⁹ descen= dit ad hoīeȝ per baptismuȝ et hō etiā ascendit ad ip̄m per ip̄m ba= ptismuȝ et fit ibi quodd̄ matrimo niuȝ et quid̄ cōtractus et quoddē pactuȝ et ꝓmissio iter x̄p̄m et aīaȝ quia aīa suscipit x̄p̄m in baptismo volūtarie et etiā x̄ps suscipit aīam et induit et ornat eam vestimētis suis inuisibilib⁹ et exuit et expoli at eaȝ vestimētis suis inuisibilib⁹ antiquis corruptis et in honestis et id̄ in baptismo aīa efficitur filia dei q2 ē spōsa filij dei. et exinde ap paret cū q̄ta solēpnitate dȝ cele= brari sacramētuȝ baptismi et susci pi in quo fit tale matrimonium et aīa suscipit talē spōsuȝ imortaleȝ i uisibilē filiū dei ⁊ filiū virgis veꝝ deū ⁊ hoīeȝ oīpotenteȝ sūme amā bilem sūme dulceȝ sūme desidera bileȝ sūme hoībus bonuȝ summe sapientē q̄ voluit spōte mori ⁊ cru cifigi ⁊ totū suū sāguinē fūdere ꝓ amore eius et lauare ip̄am aīaȝ in mūdissimā vt ipsa fieret spōsa sua et liberaretur a patibulo dyaboli et ne esset meretrix eius et a dam pnatōe et perditōe eterna. Meri to igr̃ magna celebritas et solem pnitas debet ſuari in tātis spōsa libus tanti et talis sponsi et meri= to dȝ etiam aīa ſuare fidelitatem verā et integrū amoreȝ tali spōso et oīa que ei ꝓmisit. Merito etiā debȝ semp recordari talis matri= monij et oīm que ꝓmisit et sūme cauere ne corrūpat tātum et tā mi rabile matrimoniū. Ex istis igitur que dicta sūt apparet qualit̃ aīa per baptismū ascendit nō soluȝ co gnoscendo per visibile illud inuisi bile ymo etiā ascēdit vsq3 ad ma= trimoniū et nuptias filij dei x̄pi ⁊ fit sponsa filij dei ascēdit etiā vsq3 ad filiatōnē dei q2 sit filia dei ascē dit q2 sit digna esse amica dei vt i tret in regnuȝ dei ad societatē an geloꝝ. et tn̄ ante batismū erat me retrix dyaboli et dāpnata ineter= num cū dyabolo ⁊ malis angelis Igit̃ sacramētum baptismi ē scala ascēdendi et descēdendi vt dictuȝ est et lauacrū regn̄ationis purifi= cationis et mūdificationis vt iā superius dictum est.

Quod scd̄ȝ sacramētuȝ ē sacramē tum ꝯfirmatiōis per quod hō iaȝ genit⁹ nouiter per baptismū robo ratur et augmētatur et ad ꝑfectā etatē ducitur in esse sp̄uali et gr̄e et ꝯfirmat̃ ad pugnāduȝ et ad no mē x̄pi publice ⁊ audat̃ cōfitēduȝ et fit per vnctionē crismatis in frō te cum ꝟbis ad hoc cōstitutis.

Eclaratuȝ ē autē qualiter p̄ sacramētuȝ baptismi hō re

cipit nouū eē spūale quo ad aīam et de nouo regnatur et renascitur ⁊ ē ꝓprie natiuitas spūalis ipsius aīe et qm̄ per visibilia et corporalia ascēdim⁹ ad cognoscēdū inuisibilia et spiritualia qꝛ sensibilia et corporalia portā silitudinē ⁊ quādam ymaginē rerū spūaliū. et iō qꝛ duplex ē vita in hoīe scȝ corporalis et spūalis ⁊ etiā duplex natiuitas scȝ corporal' ⁊ spūalis et etiaȝ duplex eē ⁊ etas scȝ aīe ⁊ corporis et iō ex illis q̄ videm⁹ fieri in vita et etate ⁊ natiuitate corporali possumus videre ⁊ arguere q̄d existat ī vita etate et natiuitate spirituali. Et qꝛ in vita corporali et visibili ꝑmo hō gn̄atur et incipit esse et viuere per generatōnē deinde ꝑ etatem et natiuitatē accipit cremētū donec perueniat ad ꝑfectā etatē et ad robur et ad ꝑfectam ꝟtutē vt possit facere ꝑfectas operationes hūanas ſm corp⁹ Sic igitur ꝑmo ē ibi gn̄atio deinde augmentum corporale ꝑ quod hō deueīt ad etatē perfectā. Sic g̃ ꝯformit' fit in vita spirituali ipsi⁹ aīe qm̄ ꝑmo hō accepit vitā spiritualē ⁊ generatur quo ad illam. deinde opȝ ꝙ recipiat augmētum vite spiritualis et roboret' et firmetur in tali vita vt ꝑfecte possit operari operationes que pertinēt ad vitam spiritualem. et ideo qꝛ per baptismū homo recipit de nouo vitā spiritualem et incipit esse et est quedeȝ generatio spiritualis necesse ē etiam ꝙ sit aliud sacramentum post baptismū in quo aīa recipiat augmētum vite spiritualis et in quo aīa accipiat etatē perfectā robur ⁊ fortitudinē vite spiritualis. ⁊ ideo post sacramētuȝ baptismi ordinatuȝ ē sacramētuȝ ꝯfirmatiōis qd̄ ita se hȝ ad baptismū sicut augmentum ad gn̄ationē et sicut baptismus est quedē spūalis gn̄atio vt hō viuat in vita christiana. Ita etiā sacramētū cōfirmationis est quodam spirituale augmētum ꝓmouēs hoīem in etatē spiritualē ꝑfectam. et iō ē sacramentū plenitudinis scȝ ꝑficiēs illud quod datuȝ ē prius in baptismo in quo dat' ipsi aīe grā et augmentum plenitudo et robur dat' in scdo sacramēto scȝ ꝯfirmationis. Un̄ grā que dat' in baptismo lauat aīam totaliter et ista ē sua ꝓpria oꝑatio. Sȝ grā que dat' in sacramēto ꝯfirmatiōis roborat aīam et firmat. et ideo qꝛ ista ē alia oꝑatio distincta a ꝑma necesse ē ꝙ sit illud sacramētuȝ distinctū a ꝑmo vt oīa fiāt ordinato mō. Si igr̄ huc' ordo debit⁹ ī rebus corporalib⁹ ⁊ ī vita corporali mlto magis dȝ eē ordo ī vita spūali cū idē dn̄s ordinauerit vtrāqȝ vitā. Et ideo vbi noua operatō ⁊ nouus effectus in aīa ibi debȝ ordinari spirituale sacramētuȝ. Un̄ sacramēta sunt ad aīam cōplēduȝ et ꝑficiēduȝ et christ⁹ per ipsa sacramenta operatur in aīa nostra

faciẽdo in ea distinctas operationes ꝛ distictos effect⁹ ꝑ distincta sacramẽta tanꝙ per disticta medicamẽta et istrumẽta distincta ꝛ instrumẽta disticta scõm indigenciam aĩe et ꝫm ꝙ ei cõuenit et expedit iuxta suã naturã ꝛ capacitatem vt oĩa fiãt de gradu in gradũ qꝛ oĩa etiã ꝓpter hoiez fecit sic vt ꝙ fecit ꝫm ꝙ cognosit expedire magis hoi vt oĩa fiant de gradu i graduz. Necessariũ ẽ oi hoi vt recipiat grãm cõfirmãtem roborantem augmẽtantẽ et perficientem aĩam in vita spũali quã recipit in baptismo de nouo qm̃ si hõ post baptismũ hꝫ veire viuere necesse est ꝙ pugnet ꝯtra inimicos suos et cõtra ĩimicos vite spũalis et fidei christiane tam visibiles ꝙ̃ iuisibiles occultos et maĩfestos et h̄ cum grã sibi data necesse ẽ etiã ꝙ cõfiteatur nomẽ ihũ xp̄i publice et audater sine timore et sine verecũdia tanꝙ̃ mẽbrum ipius christi Et qꝛ ihũs xp̄s ẽ de⁹ et hõ crucifixus ꝓ hoibus et dei fili⁹ equalis per oĩa in deitate deo patri et sibi similis. et iõ qꝛ cõfiteri publice coram hoibus ꝙ christ⁹ crucifixus de⁹ et hõ est fortissima res ꝛ etiaz apparet derisoriũ et maxĩe coram potẽtib⁹ ĩimicis christi qui pñt arridere et dare occidere tormẽta. et ideo ꝓpter istã cõfessionẽ fiendaz eomõ quo fieri dꝫ necesse fuit vt hõ reciperet grãm cõfirmãtem vt sit constãs ꝛ fortis tam in pugna ꝙ̃ in confessione nomis christi. Et qm̃ quodlꝫ sacramẽtum est scala cognoscendi et suscipiendi iuisibile per visibile. et iõ scut in sacramẽto baptismi factũ ẽ. ita fiat ꝓcess⁹ in isto sacramẽto. vñ opꝫ ꝙ i quolibꝫ sacramẽto visibile ꝓportionetur iuisibili quo ad significationẽ et reputationẽ. Et iõ qꝛ crisma qđ est cõpositũ ex oleo oliuaꝝ et ex balsamo est res visibilis in isto sacramẽto et vnctio que fit exteri⁹ in frõte cum v̄bis significãtibus operationẽ interiorẽ que fit in aĩa que sunt ista. Signo te signo crucis cõfirmo te crismãte salutis in nomine patris et filij et spũssancti. Et ideo tam per oleum et balsamum ꝙ̃ per verba possumus arguere omnia illa que sunt in hoĩne per istud sacramentum. vnde sicut videmus ꝙ oleum natat supra aquam et ascendit. Ita significatur ꝙ gratia que ꝯfertur in isto sacramento natat et ascendit supꝫ gratiam que datur in baptismo ꝛ est superior quia illa datur ad abluendum animam et ista ad roborandum aut aumentendum et fortificandum aĩam in pugna. Et etiam sicut oleũ reddit aquã saporosam et sapidam. Ita significatur ꝙ per grãm q̇ datur i hoc sacramẽto hõ recipit maiorẽ et dulciorem saporem in xp̄o et reddit magis saporos⁹ alijs hominibus in fama i

conuersatione in vita et in oibus suis operationib⁹. ita ꝙ ꝑ istā gratiam hō efficit apt⁹ ad cōuersandum cū hoibus. Item sicut oleū extenditur et dilatatur magis ꝙ aq̄ q̄a modica gutta olei crescit ⁊ extenditur. Ita ꝙ oleū significat cremētum et augmētum. Ita significatur ꝙ per grām que datur in isto sacramēto hō xp̄ian⁹ extenditur et dilatatur exteri⁹ ad alios hoies per bonas operatiōes et ꝑ cōfessionē nomis xp̄i et reddit nomen xp̄i amabile in cordib⁹ aliorum. et significatur etiā ꝙ per istā grām homo accipit augmētū spirituale et plenitudinē grē. Item etiā sicut oleū est mūdum significat ꝙ in hoc sacramēto mūdo datur grā per quā hō h̄z conscienciam mūdam et opera mūda. Item etiam arbor oliua semꝑ h̄z vigorē et viriditatē et nūꝙ perdit ista neqꝫ per frig⁹ neqꝫ per calorē. Ita significatur ꝙ per grām que ꝯfertur ī isto sactramēto h̄z hō semꝑ vigorem et viriditatē et ē fort̄ et cōstans in vita spūali et per nullas tribulationes desistit a ꝓfessione nois xp̄i. Item etiā sicut oleū ē linitiuum dulcificatū et suaue. Ita significatur ꝙ grā spūs sācti que datur in isto sacramēto et linitiua dulcificatiua et suauis. Ita ꝙ facit hoiem leuē dulcē suauem ⁊ misericordem alijs in cōuersatione. Ita ꝙ in leuitate dulcedine ⁊ suauitate cōuersatur īter alios hoies tam bonos ꝙ malos. et iō oleū recte significat grām spūs sancti qꝛ ꝓprietates olei recte cōueniūt cū gratia spūssancti et cū operatōnibus ei⁹. etqꝛ cū oleo admistet̄ balsamum in hoc sacramēto. iō significatur ꝙ sicut balsamū h̄z p̄ciosū odorē et est valde odorifer̄ quem odorē mittit extra se. Ita silr̄ ꝑ gratiam que cōfertur in hoc sacramēto hō extra se emittit odorez bone fame et bone vite ad alios hoies et abstrahit alios ad se ⁊ reddit nomen xp̄i odorifer̄ alijs hoibus.

Apparet igr̄ qualiter ista vnctō visibilis que fit exteri⁹ in corpore ꝑ crisma recte ꝓportionetur cū vnctione inuisibili que fit interius in aīa per grām spūssancti significādo et repn̄tando. Et ꝙ ista vnctio fiat in fronte. Ideo significatur ꝙ in isto sacramēto datur grā ad pugnanduz et ad cōfitendū publice nomē xp̄i sine timore ⁊ verecūdia Vn̄ signū fortitudinis ⁊ cōstancie ostenditur in fronte et etiā timor ⁊ verecūdia ostēditur in facie ⁊ maxime in fronte ⁊ iō ad significādū ꝙ per grām que datur ī isto sacramēto hō xp̄ian⁹ accipit fortitudinem et robur ad pugnandū et ꝙ perdidit verecundiā et timorē qn̄ erit necesse cōfiteri publice veritatem et dicere neqꝫ ꝓpter ignominiam mort̄ xp̄i in cruce nec ꝓpter penā ⁊ ignominiā passionis vt scꝫ

hō formidet, p cōfessione nois xpi si opus fuerit sustinere q̄tūcunq̧ penā et igomiā tanq̄ ver⁹ pugil vnct⁹ ad preliū et tanq̄ strenuus miles xpi ferēs in frōte signuꝫ sui regis et triūphale vexiluꝫ crucis eius. et iō cōfirmatur cū manu et crux imp̄mitur frōti ad significandum oīa p̄dicta. Sic igr̄ hō baptisatus et xpian⁹ recipiēdo talem vnctionē crismatis in frōte p modum et formā quib⁹ fieri dꝫ cum verbis sup̄dictis. Cōfirmat̄ in aīa int⁹ et roboratur et recipit gratiā inuisibilē per quā recipit augmētum spūale et pueit ad pfectā etatem spūalem vt sit plen⁹ xpianus et apt⁹ ad oīa sup̄dicta q̄ necessaria sunt hoi xpiano si debeat viuere in hoc mūdo. Et sic patꝫ dr̄a inter sacramētum baptismi et sacramentū ɔfirmationis qꝛ sacramentum batismi ē quedē mutatō de n̄ esse ad eē. Sed sacramentū ɔfirmationis ē quodd̄ spūale augmētum de esse iperfecto ad esse perfectum et de etate iperfecta ad pfectā et d̄ puero ad virū. Et sicut se hꝫ augmentum ad gn̄ationē. Ita se hꝫ cōfirmatio ad baptismum

Quod tertiū sacramētū ē sacramētū corporis et sanguis ihū xpi qd̄ ē sacramētū vnitat̄ ꝛ cōicatōis et viaticū refectiōnis ꝛ sacrificiū oblatiōis in quo hō xpian⁹ iā genit⁹ ꝛviuēs p baptismū i vita spūali ꝛ i esse gr̄e ꝛ roborat⁹ ꝛ augmētatus p ɔfirmatione nutrit̄ ꝛ ɔseruatur in eadē vita spūali ne deffi ciat in via ꝛ substētatur donec veniat ad patriā et ad eternā gl̄iam et per quod vnitur christo ꝛ membris ei⁹ per amorē ꝛ mutat̄ ꝛ trāsformat̄ ieū sic nutrimētū i nutritū.

Uoniā aūt vita spūalis cōformat̄ vite corporali vt iaꝫ dictum ē. Ideo sic in vita corporali reqritur p̄mo gn̄atio p quaꝫ hō accipit vitā. scd̄o reqritur augmētum per quod hō ducit̄ ad pfectōnem vite. tertio reqritur alimētuꝫ p quod ɔseruatur in esse. Ita etiā requiritur in vita spūali p̄mo gn̄atio per q̄ hō accipit vitā spūalem scd̄o requiritur augmētū p qd̄ hō ducitur ad pfectionē vite spūalis tertio requirit̄ alimetum p qd̄ hō cōseruatur in vita spūali. Et iō sic in vita spūali oportuit baptismuꝫ esse qui est spūalis gn̄atio et etiaꝫ ɔfirmatō que ē spūale augmentū Ita oportet esse vnū sacramentū quod sit spūale alimentū et nutrimentum in quo hō ɔsūmaret̄ cōpleatur ꝛ cōseruetur totaliter i bono et in vita spūali. Et qꝛ iā declaratū fuit in tractatu de amore ad longū qd̄ ē ver̄ bonū hois. ꝛ declratū fuit q̄ amor dei ē totuꝫ bonū hois et vita ei⁹ et de q̄ amore dei nascit̄ ver̄ gaudiū et delectatio v̄a tāq̄ fruct⁹ quo aīa viuit. ꝛ etiā dictū fuit q̄ finale ɔplemētū hois ē vt hoies vniātur cū deo p

amorē ⁊ iter se. Ita ꝙ vn⁹ diligat aliū sicͨ seipm ⁊ oms reputēt se tā ꝙ vnū hoīem nec aliter erit ꝯplemētum in hoīb⁹ nisi sit tanta vnitas ꝙ diligāt se tanꝙ vnū. et hoc nō pōt fieri nisi sint pmo vniti cū deo. Ita ꝙ quilꝫ pmo vniatur cū deo et virtute illi⁹ vnionis vniātur inter se. ⁊ qꝛ ista perfecta vnio fit ꝑ amorē qui mutat et cōuertit amātem in amatū. ⁊ vnit amantē cū amato. Et iō necessariū ē hoībus xpianis vt habeāt vnū sacramentū in quo recipiāt amorē dei per quē vniātur inter se cotidie. Vñ quilꝫ christian⁹ ē mēbrū xpi per baptismū ⁊ oēs christiani faciunt vnū corp⁹ cū xpo. et iō sicͨ mēbra hñt vnitatē cū capite et inter se. Ita christiani dñt hr̄e vnitatē cum xpo ⁊ inter se ⁊ nisi pmo vniantur cū christo ꝑfecta vnione ñ pñt adinuicē vniri qꝛ vnitas mēbroꝝ suitur ab vnitate capit. ⁊ iō quilꝫ christian⁹ si vl't habere pfectam vnionē cū aliis hoībus xpianis necesse ē ꝙ pmo habeat vnitatē cū christo. ⁊ ꝙto magis vniet cū christo. tāto magis vniet cum aliis xpianis. tūc aūt hō xpianus pficit cōplet et nutrit qñ vnit cum christo ꝑ amorē christian⁹ ꝯuertitur ⁊ mutat i christū ⁊ assimilatur ei ⁊ ꝑ ꝯñs vnit cū oibus mēbris suis. vñ sicͨ nutritio corporal' fit ꝑ calorē naturalē. Ita nutritō spūal' fit per calorē spūalē scꝫ ꝑ amorē.

Et sicut calor natural' ꝯuertit nutrimētum in rē nutritā et vnit. Ita amor cōuertit amātem in rē amatem ⁊ vnit. Sed tñ ꝯriomō fit nutritio spūalis ⁊ corporalis qꝛ i nutritione corporali nutrimētum cōuertitur in sbam rei nutrite. Sed in nutritione vite spūalis res nutrita ꝯuertitur in naturaꝫ rei nutrientis et nutrimēti ⁊ ipm nutrimentum nō mutat' sꝫ solū res nutrita. ⁊ cā diuersitat' ē qꝛ res amās nutritur ȯ re amata qꝛ res amata est nutrimētum et cib⁹ rei amātis et cā hui⁹ est qꝛ amor ꝯuertit amātem in amatū qꝛ ista est sua natura vt iam declaratū est. Ideo res que amat cōuertitur in rē amatā et per ꝯsequēs in nutritione vite spūalis res nutrita mutat' ⁊ cōuertitur in rem nutrientem. et q̇a christ⁹ de⁹ et hō est res amata et xpian⁹ est res amās. et iō seq̄tur ꝙ christ⁹ ē nutrimetuꝫ spūale christiani ⁊ ꝙ christian⁹ ꝑ amorē conuertit' in christū et recipit formaꝫ silitudinē et naturā xpi ⁊ ipe xps ñ mutat' sꝫ magis mutat ⁊ trāsformat i seipsū. vñ sicͨ i nutrimēto corporal' vite ipsū alimētū expoliat' ⁊ ꝯnudat' a sua ꝓpa natura ⁊ forma et capit silitudinē ⁊ formā rei q̄ nutrit' sicͨ panis recipit formā carnis Ita per cōtrariū i nutritione vite spūalis q̄ fit per amorē res nutrita expoliat' et denudat' a sua ꝓpa natura ⁊ forma ⁊ recipit silitudinē

et formā rei nutrientis. Sicut igr̄ se hʒ nutrimētum ad rē nutritam in nutritione spūali vite ꝙtuʒ ad transmutationē. Ita se hʒ res nutrita ad nutrimētuʒ in nutritione corporali. Sed tñ i nutritione spirituali tam res nutriēs ꝙ nutrita crescit sʒ aliter et aliter qꝛ xp̄ian⁹ qui est res que nutritur crescit i vigore cōfortatur ꝛ melioratur in se ip̄o qñ mutatur in xp̄m. Sed xp̄s nō crescit in seip̄o nec recipit vigorem sʒ soluʒ crescit qꝛ fit vnuʒ corpus nouum in quo xp̄iani fiūt mēbra et ip̄e caput et sic xp̄s crescit i mēbris suis ꝛ totū illud corp⁹ potest vocari xp̄s qꝛ ip̄e est caput et xp̄iani sunt mēbra ei⁹. Et sic xp̄us dum amatur mutat xp̄ianos in se ip̄m per amorē ꝛ tūc facit crescere corp⁹ suum nouū. Et sic quilʒ xp̄ianus duʒ mutat᷑ a xp̄o per amorē fit veꝝ mēbrum xp̄i. et qꝛ natura amoris est ꝙ qñ res amans suscipit rem amatā tūc capitur ꝛ suscipitur a re amata. Ita ꝙ res amās per amorē capitur. et iō duʒ xp̄ianus capit xp̄m per amorē tāꝙ suum nutrimētum et tunc capitur a xp̄o et xp̄us comedit et crescit q̇a suum corp⁹ crescit. Quia igitur ꝑ amorē fit nutritio spūalis vite ꝛ ꝑ amorē xp̄iani nutriuntur in xp̄o ꝛ fiunt vera mēbra ei⁹ et trasformātur in xp̄m ꝛ vniūtur ei ꝛ per ꝯñs inter se vniūtur ꝑfecta vnitate. et ideo vt ista nutritio fiat cōtinue ꝛ vnitas ista cōseruetur et crescat ꝛ membra christi cōtinue nutriētur corp⁹ ꝛ sanguinē. Ideo christ⁹ instituit ꝛ ordinauit spūale sacramētū corporis ꝛ sanguinis sui i quo corpus suum veraciter ꝛ realiter cōtinetur ꝛ in quo ip̄emet est pn̄s et in sua ꝓpria persona qꝛ ip̄se solus est veꝝ alimētum et nutrimētum spūalis vite. Et qꝛ i quolibʒ sacramēto est visibile et inuibile et quolibet sacramētum est scala cognoscēdi et suscipēdi. et iō sicut in baptismo et cōfirmatione factuʒ fuit. ita faciam⁹ i isto sacramēto ꝛ ascēdamus de visibili ad inuisibile.

Uñ sicut in sacramento baptismi res visibilis est aqua et ablutio ꝑ aquā cū verbis institutis. Et in sacramēto cōfirmationis res visibilis est crisma seu oleū et vnctio ꝑ crisma cū v̄bis ordinatis. Ita in isto sacramēto res visibiles sūt species ꝛ nr̄a est panis ꝛ vinū cū v̄bis ordinatis a xp̄o. Deinde fit māducatio visibilis sicut i baptismo fit ablutio ꝛ in ꝯfirmatōne fit vnctio. Sed est dr̄a inter ista res visibiles que sunt in isto sacramēto ꝛ inter res visibiles que sunt in alijs duob⁹ qꝛ in baptismo aqua remanet aqua ꝛ in cōfirmatione crisma manet crisma. Sed in isto sacramēto panis nō remanet panis nec vinū remāet vinū qꝛ v̄ba illius sacramēti sunt alteri⁹ cōditiones ꝙ verba alioꝝ sacramēto

rum qr verba alioꝝ sacramētoruꝫ significāt effectū et operatōem inuisibilem que fit īīt⁹ in aīa et non significāt effectū aliquem fieri in aqua nec in oleo. Sꝫ in isto sacramēto v̾ba significāt effectū et operatōēꝫ inuisibilē fieri in ipsis reb⁹ visibilib⁹ scilꝫ in pane et in vino qr significāt trāsmutationeꝫ realē et veram panis in corpus xpi ꝛ vini in sanguinē eius. Et iō sicut realiter et v̾aciter dū v̾ba ꝑferunť in alijs sacramētis fit effectus ꝛ operatio inuisibilis nouiter int⁹ ī aīa Ita ꝯformiter dū verba ꝑferūtur super res visibiles scꝫ sup panē et vinū fit effectus et operatio in pane et vino ꝭm ꝙ v̾ba significāt qr nō videť maior ratio de v̾bis baptismi ꝙ̄ de v̾bis istius sacramenti q̄n habeant efficatiā cum istud sacramentum sit nobilius et maius Si igr̄ v̾ba que ꝑferunť in sacramēto baptismi quod est primum sacramentū hēant efficatiā et homo baptisetur int⁹ in aīa sequitur etiā ꝙ v̾ba istius sacramēti hēant efficatiā vt scꝫ panis mutetur in corpus et carnem xpi verā ꝛ vinū in veꝝ sanguinē eius. et si baptimus est veꝝ sacramētum necesse est ꝙ istud sit veꝝ sacramētuꝫ cū ideꝫ dñs ordinauerit ꝛ instituerit Sed per experienciā apparet ꝙ batismus est verū sacramētuꝫ q̄a hō mutatur et renouatur in vita per ip̄m. Igitur et istud est veruꝫ sacramentum.

Probatio ꝙ verba christi faciant illud quod significant.

Uot autē verba christi faciant quod significāt realiter et de facto hoc manifestať sic. Opꝫ ei de necessitate ꝙ v̾ba creatoris ascēdant per vnū gradū sup verba creature et necesse est dare vnū gradum magis v̾bo dei sup verbum hoīs. Sed verba homis sēper significāt aliquid. igiť verba dei aliquid dn̄t habere vltra significationē scꝫ ꝙ faciant id quod significāt aliter nihil pl⁹ haberent ꝙ̄ verba hoīs quod est absurdissimum dicere. Si igr̄ v̾ba hoīs habeāt hāc virtutē scꝫ ꝙ significētet vltra hoc verba dei faciūt quod significāt. Igitur v̾ba que ꝑferunť in sacramētis significāt et faciunt quod significāt. seq̄tur igitur ꝙ v̾ba christi que significāt suū corp⁹ esse et existere in isto sacramēto faciunt ipsum existere ibi mutando panē in corp⁹ et vinum in sanguinē. Item etiā verba hoīs semper significāt et nō semp est. ita in re sicut significāt. ymo aliq̄n sunt falsa. Igitur opꝫ ꝙ verba christi dei et hoīs habeāt vnum graduꝫ magis scꝫ ꝙ sēper significēt et ꝙ sit ita in re sicut significāt ita ꝙ n̄ possint esse falsa ſꝫ semp sint v̾ra et hoc ē necesse aliter nihil pl⁹ haberent verba christi ꝙ̄ verba puri

hois. Cũ igitur ꝟba isti⁹ sacramē-ti sint ꝟba xp̄i et nō puri hois seq̇tur ꝙ semꝑ sint vera et ita eē sicut significāt. Item etiā si creatura ha-beat ꝟtutem mutandi aliaȝ crea-turā in se vt caro mutat paneȝ in seip̄am quare etiam verba xp̄i nō habebūt virtuteȝ vt mutēt paneȝ in carneȝ suā ⁊ vinū in sanguineȝ suū cū ipse xp̄s ordinauerit verba certa et determinata ad hoc. Igitͬ necesse est ꝙ ꝟba xp̄i faciāt quod significant ⁊ semꝑ sint vera maxie cū ip̄e nō possit mētiri. Igitͬ in isto sacramento necesse est ꝙ fiat vera mutatio in pane et vino: vt sit ibi verū corp⁹ et verus sanguis. Si enī dū ꝓferuntur verba in baptis-mo fiat mutatio intus in aīa inui-sibilis et vere laueṫ aīa multo ma-gis dū ꝓferuntur verba xp̄i super panē et vinū eomō quo ordinatū est fiet vera mutatio in pane et in vino q̄ sūt res corporales infime ⁊ corruptibiles. Ecce igitͬ dr̄am iter res corporales et ifimales corrup tibiles et visibiles istius sacramē-ti et alioꝝ sacramentoꝝ. Uñ alia sacramēta sicut baptism⁹ et cōfir-matio perficiūtur ⁊ ꝯplentur nō si ne applicatione ad hoiem per se Sȝ istud bn̄ cōpleṫ et hoc valde ꝯuenit q² istud sacramentū est ali mentū sp̄ūale et est refectio sp̄ūalꝫ et hoc fit ꝑ amoreȝ et nihil magis inflamat ad amorem q̄ꝫ p̄ñtia xp̄i realis. Deinde aūt applicatur ad hoiem et hoc per moḋ manduca-tōis et potus ad moḋ cibi et pot⁹ q² hȝ sp̄ēm cibi et potus mandu-caṫ et bibitur. Sic igitͬ in isto sacra mēto sūt oīa ista p̄mo panis et vi-nuȝ. scḋo mutatio panis in corp⁹ xp̄i et vini in sanguinem per ꝟba ⁊ vltimo est visibilis manducatio et potatio et sūpsio realis isti⁹ sa-cramēti et quia per visibile i sacra mētis significaṫ inuisibile vt iā dic tum est q² illud quod videṫ ē ymago et signū illi⁹ quod nō videt vt ascendam⁹ de visibile ad inuisibi-le. Unde in isto sacramēto est du plex inuisibile vnū extra hoiem et aliud intra hoiem q² in isto sacra mento fit duplex effect⁹ p̄mus est in ip̄is rebus naturalib⁹ scȝ in pa ne et in vino. et scḋus int⁹ in aīa q² necesse ē ꝙ ꝑ istud sacramētum fiat in aīa aliqḋ inuisibile et sp̄ūa le sicut ꝑ baptismū et ꝯfirmatōem et ꝙ hō intus in aīa recipiat rē in uisibilē et sp̄ūaleȝ sicut per baptis-mū et ꝯfirmationē et ꝙ hō int⁹ in aīa recipiat reȝ inuisibilē q² oīa sa cramēta sūt ꝓpter hoieȝ. Et iō hic faciem⁹ duos ꝓcessus p̄mo de vi sibili ad inuisibile quod ex̄ hoiem est. et deinde ad inuisibile quod re-cipitur int⁹ in hoie. vñ p̄mū visibi le quod vbi videṫ ē forma panis et vini ⁊ inuisibile qḋ int⁹ ꝯtinetur ē corp⁹ xp̄i ⁊ sanguis ⁊ per ꝯñs to tus xp̄s ver⁹ de⁹ ⁊ ver⁹ hō. et iḋ significatur ꝙ sic panis ⁊ vinuȝ q̄

sūt cibus et potus sūt plena refectio corporis ita ꝙ in cibo et in potu est cōpleta refectio. Ita silr corpus xpi quod est inuisibile ꝯtinet et sanguis ei⁹ ꝛ per ꝯñs ipe xp̄us est plena et cōpleta refectio aie et nutrimentū spūale. et sicut panis et vinū sūt principal' sba nutrimēti corporal': ita significat ꝙ ipe ibidez exñs est principalis sba nutrimēti spūalis. Uñ sicut i baptismo aqua significat ablutōnem ita forma panis et vini significat refectionē et nutricōez: et sicut panis super oms cibos corp⁹ reficit et sub stētat et vinū hoiez letificat et inebriat: ita significat ꝙ caro xpi ibidē exñs aiaz reficit et sbstentat spūaliter sup omēz grām et ꝙ sanguis xpi aiaz letificat atq3 inebriat ꝛ ꝙ ipse xp̄s totā aiam reficit substentat letificat atq3 inebriat. et vt oia ꝯcludamus per formā panis ꝛ vini significat ꝙ sicut se hñt panis ꝛ vinū respectu corporalis q̄cq̄d facit panis et vinū in corpore totuz hoc facit xp̄s in aia: et sic se hz ad aiaz inuisibilr. Item etiā panis et vinū aliud significāt q2 vnus panis ꝯponit ex mult grauis frumēti ꝛ fit vn⁹ panis ꝛ ex multis vni racemoꝝ fit vnū vinuz Ita silr ex multis xpianis fit vna societas et vnū corp⁹ in xp̄o: et ita per hoc significat vā vnitas xpianoꝝ inter se et cū xp̄o p amorez. ita quod significat p xp̄m ꝯtentuz in isto sacramēto vā vnio int omnes xpianos q̄ debēt sumere istud sacramētuz. Et sic forma panis et vini sūt signū et ymago vnitat xpianoruz cū xp̄o et inter se. et sic per formaz panis et vini significat duplex inuisibile scz corp⁹ xpi et istud inuisibile ꝯtinet realit i sacramēto. ꝛ aliud inuisibile est vnitas xpianoruz in vno corpe et h est corp⁹ misticū ꝛ xp̄s mistic⁹ et istud inuisibile non ꝯtinetur sub forma panis et vini.

Sz sol⁹ xp̄s verus qui est caput vnitat isti⁹ et cā ista qua significatur ꝙ xpiani per istud sacramētuz vniūtur int se et iō istud sacramentuz est ymago signū et misterium vnitat societat pacis cōcordie vē amicicie et frnitatis. Ita ꝙ istō sacramentū ē ymago et signū ꝙ oēs xpiani sūt vnū cū xp̄o ꝛ int se sicut grana frumēti sūt vn⁹ panis. ꝛ iō q2 oms fideles xpiani sunt mēbra xpi et ipse est caput oim: seqtur ꝙ oms xpiani sūt in isto sacramento eodmō quo sūt vniti cū xp̄o nō ꝙ ꝯtineātur realit ibiō et pncipalit s3 q2 significat p sacramētuz ratōe vnitat. Et iō istud sacramentū est sacramentū cōe oim xpianoruz et cōicatōis et vbicunq3 fit et fiat repñtat oēs xpianos q2 realr ꝛ veracit ꝯtinet illū q̄ ē caput xpianorū et caput semp respicit mēbra ꝛ mēbra respiciūt capō. et q2 vitas ista nō pōt fieri nisi p amorem et dilectionem quia amor vnit et mutat.

Ideo istud sacramentuz est sacramentũ amoris et caritatis. Sic igr istud sacramentũ est signũ et ymago refectionis seu mutatõis spũalis que ɔsistit in vera vnitate cuz xp̃o et mẽbris eius et p ɔñs in ꝟo amore per quem fit vnitas vera. ⁊ quia in vera vnitate et refectione et amore est gaudiũ et delectatio et leticia. Ideo istud sacramentũ est sacramentũ gaudij delectationis leticie et societatis. Et quia in isto sacramẽto realiter cõtinet᷑ ille qui est om̃e bonũ per mod̃ cibi et potus et alimẽti. Jõ est sacramentũ oĩs dulcedinis oĩs bonitatꝭ oĩs perfectõis et oĩs virtutis.

Quid significat transmutatõ q̃ fit in pane et in vino.

Et quia in isto sacramẽto ipse res visibiles scꝫ panis et vinũ realiter mutãtur in corpus ⁊ sanguinez dñi nostri iesu xp̃i ⁊ nõ remanẽt: et in alijs sacramẽtis nõ mutatur sicut aq̃ nõ mutatur i ipso baptismo. ⁊ ideo significatur ꝙ istud sacramentũ ẽ trãsmutatiuuz et ɔuersiuum et per hoc sacramentũ xp̃iani totaliter ɔuertũtur ⁊ mutantur in xp̃m et sicut res coporales ɔuertuntur in corpus xp̃i. Ita significatur ꝙ xp̃iani per istud sacramentũ ɔuertantur in naturam xp̃i et in diuinitatẽ et in suã voluntatem. et sicut ipse res corporales scꝫ panis et vinũ exaltantur et dignificant᷑ in isto sacramẽto tãta exaltatõe et dignitãte ꝙ nõ põt cogitari maior nec pñt plus ascẽdere q: transseunt in corp⁹ xp̃i glorificatũ. Ita significat᷑ ꝙ xp̃iani per istud sacramentũ exaltantur et dignificant᷑ tanta dignitate et exaltatõe qua nõ põt cogitari maior i hoc mũdo q: efficiuntur diuini et deificant᷑ q: ɔuertũtur in xp̃m qui est deus et homo et ɔuertũtur in suã volũtatez. Et sicut ibi fit plena cõuersio panis et vini i corp⁹ ⁊ sanguinẽ xp̃i q: nihil de substãtia panis et vini remanet. Ita significatur per istud sacramentuz ꝙ sit plena ɔuersio et mutatio xp̃iani i xp̃m. Ita ꝙ nihil remanet de ꝓpa volũtate nec de ꝓprio amore nec de ꝓprio sensu sꝫ totuz quicq̃d est hoĩs inq̃tuz hõ ɔuertitur in xp̃m et sicut sb̃a panis et vini inuisibilr̃ et occulte ɔuertitur et mutatur in corpus et sanguinẽ xp̃i et tñ figura et spẽs panis et vini remanet exteri⁹ visibiliter tamq̃ signa ⁊ vestigia ⁊ ymago. Ita significat᷑ ꝙ p istud sacramentũ aĩa xp̃iani inuisibilis ⁊ occulta que est tota sb̃a ei⁹ ɔuertitur in aĩaz xp̃i et in ei⁹ deitatẽ inuisibiliter et occulte et tñ corp⁹ remanet exteri⁹ visibiliter i sua figura et i sua natura. Ita ꝙ sicut panis exteri⁹ iõ apparet et tñ interius est mutat⁹ totalit᷑ sicut hõ ex parte corporis apparꝫ iõ et tñ est totaliter mutat⁹ quo ad aĩaz interi⁹: et sicut mutatio q̃ fit in pane ⁊

vino est intrinceca et s̄balis et fū- damentalis et quasi cordialis. ita significatur q̄ per istud sacramentuz fit in hoīe mutatio intrinceca s̄balis fundamentalis ⁊ cordialis ita q̄ cor hoīs mutatur in cor xp̄i Sic igr̄ sicut xp̄s in hoc sacramē- to trāsmutat et ꝯuertit in corp⁹ suuz ipas res corporales ꝑ q̄buz su um: ita trāsmutat in isto sacramento ipsas aīas in seip̄m et sic trans- mutatio corporal' rep̄n̄tat trāsmutatōez sp̄ualem. Et qꝛ etiā corpus hoīs pōt meliorari sicut aīa suo mō. Jō etiā sicut panis qui est res corporalis meliorat' tanta melio- ratōe q̄ nō pōt fieri maior qꝛ transit in corp⁹ xp̄i. Jta etiā significat' q̄ corp⁹ xp̄iani melioratur ꝑ istō sacramentū tantū q̄tuz meliorari pōt in hoc mūdo. Jta q̄ fit castuz mūd' puruz sctm̄ et obediens aīe. Jtem etiā q̄ panis significat cor- pus ⁊ sanguinē vinū significat qꝛ panis ꝑtinet ad carnez et vinum ad sanguinez in quo est sedes aīe. Et iō significat' q̄ sicut panis et vinū meliorant' tanta melioratione qua nō pōt cogitari maior in hoc mūdo et per ꝯn̄s significat' q̄ per istud sacramētuz christian⁹ cōseruat' et ꝑficit' et ꝑuenit ad vltimuz ꝯplementū bonitat' q̄tū fieri pōt in hoc mūdo. Ecce ḡ q̄liter duo sc̄ in isto sacramēto exteri⁹ q̄ signifi- cant oīa inuisibilia que fiūt xp̄iano ꝑ istud sacramentū scz panis ⁊ vinum visibiles et ipsa transmutatio que fit in eis.

Quid significat realis māducatio isti⁹ sacramēti visibilis.

T qꝛ oīa sacramenta sūt ꝓp̄t hoīez. et iō debent ad hoīez applicari. Et iō hoc sacramentuz ad hoīez dz applicari. sz sacrāmē- tū baptismi nō est sacramentū ni- si qn̄ actu applicat' ad hoīez lauā- do et etiā ꝯfirmatio vnguēdo istō Sed sacramētuz anteq̄ applicet' ad hoīez iam est sacramētuz ꝯpletuz in se et h̄ significat q̄ hō ante q̄ applicet' ei istud sacramētuz dz habere summā deuotōez et reue- rentiā in sacramēto et an̄ dz cogitare misteria et significatōes isti⁹ sacramēti. ita q̄ p̄mo dz excitari totus hō intus et ex̄ ad amorē et deuotōez ex p̄n̄tia tanti sacramēti in quo ꝯtinetur xp̄s deus ⁊ hō nr̄ redēptor et saluator ⁊ sūmus amic⁹ Et etiā qꝛ i isto sacramēto fit ꝯuersio hoīs in xp̄m et ista ꝯuersio fit ꝑ amorē ardētem et deuotionē. et iō opz q̄ p̄mo xp̄ianus calefiat ⁊ igniat' ꝑ ardens desideriū vt sit actu ꝯuersus in xp̄m et h̄ fit dū cogitat p̄sentiaz realē xp̄i filij dei q̄ ex infinita et dulcissima caritate vo- luit mori ꝑ xp̄iana religione. Et iō qꝛ in isto sacramento dz esse sūma deuotio et pl⁹ sine ꝯparatione q̄ in alijs. Jō anteq̄ applicetur hoī iam est sacramētuz. Et iō istud sa- cramētuz iam hz virtutez in hoīe

anteq applicet ei realiter et dat virtutem inuisibilez et amorem ardorem et vnitatem: et si hō nō possit ipm capere ex sola deuotione operetur in eo. Et tñ tm̄ operatur supposita cōgrua deuotione sicut qñ realiter applicat hōi. Sicut igit alia sacramēta operant in aīa interius inuisibiliter dū applicant. ita etiam istud sacramētuz operat in hoīe dū applicatur ei realiter. Et sicut alia sacramenta hñt pprium modū applicādi visibile in quo significat operatio que fit interius inuisibilis vt in baptismo ablucio exterior est modus applicādi qui significat ablutionē interiorē inuisibilez in aīa. Ita istud sacramētū hz suū pprīū modū applicandi visibilē in quo significat opatio inuisibilis que fit interius in aīa et modus applicandi ad hoīez et sustinendi est per mādūcatōez et potationem. Ita q manducando suscipit hō istud sacramētuz sicut lauādo suscipit sacramētuz baptismi. et iō si homo suscipiendo aquā suscipiat grām inuisibilez in aīa et donū xpi inuisibile quod dat in baptismo quātomagis suscipiēdo realiter nō aquā sz ipm xpm deuz et homiez sub forma panis et vini in quo est om̄e bonū et aquo est om̄e bonū et oīs gr̄a recipiet grām suā et donum suum. Et si suscipiendo aquā que nō viuit neqz sentit recipit hō grām. Igr̄ multo magis suscipiendo christuz sub panis et vini forma qui est viuēs in secula et in eternū verus deus et verus hō recipiet grām. Et si etiam sustinendo aquā corruptibilez homo recipiat gratiā christi multo magis suscipiēdo xpz imortalez recipit gratiā eius. et in hoc significat q susceptio aliorum sacramētorum precedentiū ordinata est ad susceptionē istius sacramēti tāq ad maximū sacramētuz. Et iō in isto sacramēto hō recipit plenitudinez gratie qr suscipit illuz qui est totū cplemētum et qr amor et caritas sūt plenitudo oīs bonitatis. et ideo in isto sacramēto suscipit amor et caritas q sūt om̄e bonuz. Quia igr̄ xpianus suscipit christū in isto sacramento manducādo et trāsglutiendo ad mod cibi corporalis ponendo intus in corde et alia sacrámēta suscipit exterius. et iō significatur et est signū et ymago q ipse xpianus dz recipere christū in corde spūalit et ei dz vniri per fidē et amorez et p istud sacramētuz cuertit in xpm et in naturā eius et p cñs efficitur diuinus. Et significatur q christus cuertit christianū in seipsū et vnit ipsū cū mēbris suis magis incorporat sic igr̄ hō māducat et transglutit christum corporaliter et ponit in corpus suū. Ita significat q christus comedit et trāsgluti spūaliter ipm hoiem in suū corpus misticū scz in vnitatē et societatē suorum mēbrorum

scz in vnitatē et fideliū xpianoꝝ. Vñ ipossibile est ꝙ xps mutet igr ipse hō mutat ꝑ istam mādu catione q: in mādu catōne de necesse sit mutatō. vt iā declaratū ē ꝙ mā ducatio et nutritio spūal' fit modo ꝯrio māducationi et nutritōi corporali q: in mādutōe et nutritōne corporali illud quod māducatur mutat et icorporatur in rē mādu cātez sz in manducatōe spūali fit eꝯrio q: illud quod māducat mutat et icorporat rē mādu cātez i se ipsū. et iō xps dū māducatur mutat et icorporat et vnit ipsū mādu cantē in seipsū sic nutrimētuz int⁹ in corpore vnit cū nutrito sic igr sicut hō suscipiēdo sacramentū baptismi suscipit inuisibil' oia illa q̄ significātur per v̄ba q̄ sūt in baptismo et ꝑ illa visibilia. Jta sil' hō suscipiēdo ꝑ manducatōez istud sacramentū modo quo dz suscipit inuisibil' in aīa oia illa q̄ significant ꝑ illa q̄ vidētur in h̄ sacramento et hoc ƀm mai⁹ vl' minus ƀm maiorez vl' minorez deuotōez. Et iō q: istud sacramētuz est tam magnuz ꝙ supat oia sacramēta. Jō dz tractari et celebrari cū sūma solēpnitate et v̄a reuerētia honore et deuotōne. Et iō vocatur eucharistia .i. bona gr̄a q: in eo continetur ille a quo est omnis gratia.

Qō istud sacramētuz nō est solū sacramentū ymo etiā est veꝝ sacrificiū et ꝑfectū placatiuū ⁊ sctificatiuū per quod reddit deo laus et gloria et honor et omne debitū soluitur.

Uoniā supius declaratū est ꝙ mors et passio xpi sūt tota satisfactio et totū preciū ꝓ obligatōe hoīs et ꝙ in ea est oīs v̄tus et oīe meritum et ꝙ ipsa mors et passio fuit veꝝ sacrificiū ⁊ oblatō pro pctis hoīm semel fctā q: xps dedit vitā suā infiniti p̄cij volūtarie ꝓ hoībus deo pr̄i vt iā declaratū est nec pōt esse aliud sacrificiū nec alia oblatio nec hostia placēs deo nē suffitiēs ad satisfactiēō deo ꝓ obligatōe. et iō quia ipa mors ⁊ passio transijt et remanet virtus eius in eternū et ipē dn̄s qui passus est surrexit et viuit ineternū. ⁊ iō ipsa mors et passio nō pōt manere nisi ꝑ memoriā vt est declaratuz q: illa q̄ semel facta sūt et trāsseunt per memoriā solū viuunt et hn̄t esse. et iō memoria et radicatō mortis et passionis xpi cū deuotione et v̄a fide est ymago et repn̄tatio v̄e mortis et v̄e passionis q̄ fuit veꝝ sacrificium. Et iō q: ipsa mors et passio manet ꝑ memoriā in hoīb⁹ xpianis sequit ꝙ memoria possionis cū v̄a deuotōe et credulitate est etiā sacrificiū et oblatio placens deo ⁊ satisfatiens pro oī obligatōe. vn̄ ꝑ talez memoriā hō facit totā mortez et passionem xpi suā et applicat eā sibi quia ꝙuis mors xpi habeat virtutem ad

satisfaciendo p oi debito tñ ñ pficit hoi adulto nisi applicet sibi ipa p memoriã deuotionez et fidem. Et quia ipsa mors christi est cois omnib⁹ similimõ sicut sol ꝛ quilz pot recipere eam totã p se vt iã dictuz est. et iõ quilibz hõ põt ipsaz mortem et passionẽ offerre ꝛ dare deo per se ad satisfaciendõ et reddendũ deo siue p pma obligatõe naturali siue p scda que est pro offens et pctis. et qũuis ipsa mors et passio christi sit infiniti precij et virtutis et semp placet deo ꝛ sit ei acceptabilis. Ac tñ deus non respicit nisi qtitatem et magnitudinez memorie et deuotionis et fidei qr tm̃ recipit quilz de merito et ṽtute passionis qtum habet de deuotione quia tm̃ facit eam esse suã. Et de⁹ nõ respicit qtitatem et magnitudinez rei que offertur ei. sz magis respicit quãtitatem et magnitudinez deuotionis ipsius offerentis. Et ideo tm̃ ipsa passio proficit offerenti qtũ hz de memoria et deuotione in ea et pro tanto de⁹ acceptat ꝛ hoc habz veꝝ post sacramentũ baptismi quia in hoc sacramẽto baptismi christ⁹ applicat totam suam passionez hõi et dat eã sibi acsi ipsemet hõ sustinuissz eaz Sz post baptismum si hõ debeat pro aliquo satisfacere deo tm̃ pficit qtam habz deuotionez et memoriã in ipsa passione et qtũ vnit se cũ ipsa passione. Sicut tm̃ aliquis de virtute solis in orto vel in campo qtum disponit campũ vl ortũ. et iõ nihil ẽ magis necessarium hoi ꝛ magis vtile q memoria passiõis xpi cũ ṽa deuotiõe qr aliter hoi adulto nihil pficit christ⁹ qr christ⁹ nihil pficit hoi nisi inq̃tũ pass⁹ crucifix⁹ ꝛ mortu⁹ ꝛ ibi ẽ tota virt⁹. Seqt igr q necessariũ fuit hoi hre aliqd memoriale efficatissimũ ad causandũ memoriã passionis xpi. ꝛ qr nihil magis efficax et ppinquũ ad memorãduz passionẽ et mortẽ christi q pñcia realis ipiusmet christi passi q facit ipam mortẽ et passionẽ recẽtẽ ac si maĩfestata essz. Et iõ necessariũ fuit hoi istd sacramẽtũ corporis ꝛ sanguĩs christi ĩ quo ipemet christ⁹ ẽ realiter vt essz memoriale cõtinuũ et efficatissimũ sue mortis ꝛ sue passiõis vt sic p talẽ memoriã virt⁹ sue passionis recipetur ĩ hoibus et magis eis pficeret vt sic sẽper esset memoria ptinua et recordatõ sue mortis ꝛ sue passiõis semel facte vt tm̃ et tm̃ bñficiuz nũ q posset tradi obliuioni sz semp ptinua memoria ipi⁹ ĩ hoib⁹ christianis et ideo istud sacramẽtum vt sit magis memoratiuũ passionis xpi ꝛ reputatiuũ qũuis sit vnũ est tñ diuisũ ĩ corp⁹ et sanguinem qr sacramẽtũ corporis ẽ p se ꝛ sacramẽtũ sãguĩs ẽ per se lz in corpore sit sãguis ꝛ cũ sãguie corp⁹ et ĩ vtrolz tot⁹ xps. Vñ ĩ passione

Et in morte fuit sanguis effusus a corpore et ex corp⁹. et iō seqtur ꝙ illud sacramētū n̄ solū ē sacramē-tum ſ3 etiā sacrificiū et oblatio et hostia ē sacramētu3 inqꝫtū iuisibi liter daꝛ grā sb̄ visibili spē. et ē sa-crificiū. inqꝫtū offerꝛ deo pro satis factione toci⁹ hūane nature ſ3 est qꝫtum repn̄tat mortē et possione3 xp̄i ē vez̄ memoriale ei⁹ q̄ sola fu it sacrificiū vez̄ puz̄ placitū ⁊ ple nariū. et iō oīa que sunt et fiunt in isto sacramēto et omīs solēpnitas d3 repn̄tare illa q̄ in passione pfc cta fuerūt vt sicut ipm̄ sacramētū repn̄tat ipam passionē. ita oīa illa que sunt circa istō sacramētu3 re-pn̄tāt illa q̄ facta fuerūt circa pas-sionē vt sit cōpleta repn̄tatio pas-sionis. Et sic apparet q̄liter xp̄us dedit istud sacramētū vt ess3 sacri ficiū oblatiōis et obligatiōis ⁊ sa cramētum cōionis et viaticū refe ctionis et ess3 cōpletū nutrimētū in esse spūali et gr̄e qꝛ nutrimētu3 spūale et gr̄e cōplemētū in vnoqꝫ xp̄iano fideli cōsistit et attēditur i cōseruatione deuotionis et dilec tionis erga deū et amoris ad deū et ad suum ꝓximū et in cōseruatō ne dilectiōis ad seipm̄. et iō qꝛ de uotio a deū exerceꝛ p oblatione3 sacrificij puri placidi et plena3 et placidā et dilectō ad ꝓximū excer cetur per cōionē vnius sacramēti vnitiui et dilectō intra seip3 excer cetur p refectionē viatici refectu3

Et iō dabit christ⁹ istō sacramētū eucharistie hoībus vt esset sacrifi cium oblationis et sacramentum vnionis et viaticū refectiōis vt fi deles christiani ābulātes per via3 reficerentur in via ne defficerent quin possent peruenire ad suam propriam patriam.

De cōparatiōe carnis scōi bo minis sc3 christi ad carnē p̄mi bo minis et ostēdiꝛ ꝙ sic caro p̄mi bo mīs ē venenosa et mortifera dās mortē aīe. ita caro christi ē salutif-fera et viuificatia dās vitā anime

Voniā autē istō sacramētū corporis et sanguis christi ē nutrimētū spūale aīaz̄ i quo v̄a-citer cōtineꝛ v̄a caro christi. Et iō seqtur ꝙ de⁹ dat in isto sacramen to suā verā carnē ad mādūcandū tāqꝫ vez̄ nutrimētū aīaz̄. et iō vt magis cognoscam⁹ q̄liter se habe at caro christi ad aīas op3 com-parare ipm̄ carnē p̄mi hoīs ⁊ car nē scōi hoīs sc3 christi. et qꝛ caro christi ē scōa et caro ade ē p̄ma: iō nō possem⁹ bn̄ cognoscere carnē christi nisi cōparem⁹ ipam ad car nē p̄mi hoīs. Et iō cōsiderandu3 ē qualiter vtroqꝫ se habeāt ad inui-cem et q̄liter vtraqꝫ se habeat' ad aīas qꝛ vtraqꝫ respicit aīas qꝛ ca-ro ꝓpter aīam est. et videnda est natura et cōditio vtriusqꝫ. Et qn̄ scōs hō sc3 christ⁹ est c̄trius p̄mo. Ideo etiā caro christi ē c̄tria carni

primi hois et iste due carnes hñt
ꝯrias ꝓprietates ⁊ ꝯrios effectus
et operatiões respectu aie. Et iam
declaratū fuit in tractatu de lapsu
et corruptione hois q̄liter aia cō-
trahit ⁊ capit totū suum malū cor-
ruptionē et perditionē et mortē qꝛ
sociatur et vnitur cū carne primi
hois ḡnata libidinose turpiter ⁊ i
honoste et in illa societate est tota
origo et fundamētum sui mali igr̄
necesse est ꝙ aia ꝯhat et capiat to
tum bonuꝫ suū totā suā perfectō
nem purificationē mūdiciem salu
tem reparationē et suā vitā ex so-
cietate et vnione cū carne christi
ꝯria que est ḡnata honestissime si
ne libidine per spm̄ sanctū de vir
gine. Uñ ꝯria ꝯrijs curātur. Si
em̄ societas aie et vnio cū carne
corrupta et libidinose cōcepta sit
cā toci⁹ mali aie sic societas aie ⁊
vnio cū carne nō libidinose cōcep
ta sꝫ purissime sine viro ō virgine
erit cā omis boni ipius anime.
Et si etiaꝫ vnio et societas anime
cuꝫ carne immunda et inhonesta
⁊ corruptibili primi hominis dat
mortē et om̄em maculā aie multo
magis vnio et societas ipi⁹ aie cū
carne mūdissima et honestissima
xp̄i que est imortalis et deificata
vnita cū deitate in vna p̄sona da
bit vitā et om̄em mūdiciā ipsi aie
et si ipsi aie iputetur pctm̄ ⁊ crimē
p̄mi hois ꝓpter societatē et vnio-
neꝫ cū carne corrupta ei⁹ q̄to ma
gis ipsi aie cōicabitur meritū scōi
hois scꝫ christi ꝓpter societatem ⁊
vnionē cū carne eius sanctissima.
Si em̄ aia sit particeps pcti ipsi⁹
āde per canē. Jta etiaꝫ efficit par
ticeps meriti christi per carnē. itē
si caro primi hois facta venenosa
et mortifera cōicet et det morteꝫ.
Nonne etiā caro christi salutiffe-
ra dabit ipsi aie vitā et salutem.
Sic ḡ sicut aia ꝯhit et capit om̄e
malum ꝓpter carnē. Jta necesse ē
ꝙ recipiat om̄e bonuꝫ ꝓpter car-
nem et si aia debeat liberari ab oi
malo quod aduenit ei ꝓpter car-
nem p̄mi hois necesse ē ꝙ habeat
societatē et vnionē cū carne scōi
hois scꝫ christi. Sic igitur caro
christi ⁊ caro p̄mi hois ꝯriomodo
se habēt respectu aiaꝝ qꝛ caro pri
mi hois per delectationē et libidi
nem dat et cōicat mortē oi aie.
Sed caro christi per passioneꝫ et
asperitatē in cruce passa flagella-
ta et tormētata cōicat et vitā dat
omni aie que vnitur cū ea. et sicut
vna caro primi hominis om̄s aias
corrūpit. Jta vna caro scōi hois
scꝫ christi om̄s aias lauat mūdat
et viuificat. et sic caro p̄mi homis
est archa oim viciorꝝ pctōꝝ ⁊ cri
minū ⁊ cōseruatō oim maloꝝ. Jta
caro christi ē archa oim virtutū et
thesauroꝝ spūaliū ⁊ ꝯseruatō oiꝫ
bonoꝝ. Et sic sūt due arche. et sic
prima caro sepat aiam a societate
dei ⁊ vnit eā cū dyabolo. ita caro

christi superat aiam a dyabolo et vnit eã cũ deo qz sic in carne pmi hois latet dyabolus. Ita in carne christi latet deitas. et iõ aia qñ sociat cũ carne christi vnitur et sociatur cũ deitate et sic dyabolus p carnē ade capit aias. Ita christus p carnem sui ipsius deponit eidem et capit eas.

Quod duplex societas ē ipsius anime cum carne primi hominis et vtraq3 est mortalis.

Ue autē sunt societates aie cũ carne ppria gñata libidinose pma ē naturalis cũ aia creat et vnitur carni ignorāte ipsa nesciente et ista nõ ē volũtaria qz nõ est per psensũ ppriũ aie et p istã vnionē facit ipsa aia vnã psonã cũ carne et per istã societatē qũuis ipsa ñ cõsenciat nec aliqd sciat iputatur ei crimē pmi hois et fit particeps in eo iputatur imundicia turpis et ihonesta sic puella nutrita et sociata cũ muliere meretrice reputatur imũda et fit infamata et pbit maculã ex tali societate et refutabitur qũuis ipsa ignoret. alia societas ē ipsius aie cũ carne q ē volũtaria et per ppriuz psẽsuz scz qñ ipsa aia hz vsũ liberi arbitrij et amat delectatiões carnis et psẽsit libidini et fact carnis et ei placz inhonestas et turpitudo carnis et ista societas aie cũ carne qz est per propriũ cõsensum et per ppriam volũtatem occidit aiam et facit ipam turpissimã qz aia debet habere odio oia vicia carnis et oms suas turpitudines et qñ ipsa consentit carni et adheret per volũtatē tunc facit corruptionē carnis suãmet et tunc aia incurrit pctm et crimen pprium et efficitur turpissima ihonestissima et maculatissima. Si ei ipsa nõ pbit maculã et imũdiciaz et reputatur immũda per propriam societatem naturalem cũ carne ipsa ignorãte multo magis cõtrahet maculã et reputabitur imũda per istã societatem voluntariã quã ipamet facit et ista societas est cõtra naturam quia per pmã societatem dat vitam carni et viuificat eam. Et postea per scdã societatē ipa aia vlt recipere vitã a carne et nutriri a carne qz aia recipit vitã ab illa re quã amat et in qua delectat. et iõ aia non recipit vitam tũc a carne quia hoc esset cõtra naturam sz magis mortem voluntariã. Et ista scda societas ē fortior et maior q prima quia tũc anima vnitur cum carne scdm se totam et magis est anima vnita cum carne quando diligit eã quã vlt per voluntatē maiorē sequi q cum re cũ qua est vnita per naturam. Sic g per primã societatem cũ carne dat vitam carni et facit ipsam viuere et recipit mortez ab ea ignoranter quia pp̃ter istaz societatē ieternũ separabr a societa

te dei nisi mundet. Sz p scdaz societatē voluntariā et amorosā ipa recipit suā refectionē et suā cōplacenciā et delectationē cū carne et sic recipit mortē voluntarie qz tal' delectatio z cōplacēcia et talis refectō quā aia recipit volūtarie z p amorē et cōsensum cū carne ē venenosa mortifera et corrupta et p hoc aia incurrit penā eternā z dolorē et separat a societate dei. z qz per istas duas societates cuz carne corrupta aia incurrit totū malum suū z mortē suā et perdit totū bonū suū z vitā suam q cōsistit i societate dei p voluntatē et amorez et iō necesse ē si debeat liberari a tali morte et recipere vitā q habeat societatē et vnionē cū alia carne ɔ̄ria carni proprie et illa ē caro christi. Vñ de natura aie est semp habere societatē cū carne. et si aia nō pōt habere societatē naturalez cū carne ppria et corrupta vt cuz illa faciat vnā personā idiuiduaz et iō restat q cū carne nō pōt habere nisi scdam societatē que ē voluntaria et per voluntatē amorez et pprium cōsensum sic em sociat et vnitur cū ppria carne christi qz talis vnio christi fit per liberū arbitrium et ē in ptāte sua sociari z vniri cū illa carne cū qua magis voluerit. Si igitur aia societur p voluntatē amorē et liberū arbitrium cū carne christi amādo volendo cōplacendo et delactādo i ea et in suis virtutibus et conditōnibus tunc qz societas talis est p voluntatē et etiam maior et principior societas aie est ppria societas aie inqtuz est rōalis. ideo ipa aia mūdabitur purificabitur renouabitur totaliter et reputabitur mūda sine macula qz talis est qualis est res cū qua sociatur per amorē et voluntatē nec aliter pōt mūdari amaculis pme carnis et tūc aia habebit societatem cū vtraqz carne sz nō eandē societatē qz cū prima carne habebit solum societatē naturalem et cū scda habet societatem solum voluutariam p amorem et cōsensuz et tunc anima dabit vitam carni proprie per pmā societatem vt recipiat vitaz a carne christi per scdam societatez qz per illam vnietur et sociabitur cū deitate que latet in carne christi z caro christi est caro dei et est plena diuinitate et per consequens i ea occultatum est omne bonum z sic societas prime carnis nō poterit inficere nec maculare ipaz animam q̄uis sit vnita cum ea p naturam. Unde magis est ppria caro et magis propinqua ipsi anime caro christi q̄ caro prima cuz qua facit personam et magis debet diligere eam sine compatiōe qz caro xpi fuit crucifixa v̄berata et mortua pp ter salutem aie et p pctis et culpis suis que euenerāt ppter societatē sue carīs corrupte

et liberauit eam a penis et dolori bus eternis ꝛ a morte eterna que debebatur ei ꝓpter societatē cum ꝓma carne sua mortifera. ꝛ iō dꝫ ꝙtuꝫ poterit vniri et associari isti carni que totū bonum fecit ei ꝛ re linquere et odio habere illā carnē que tm̄ malū fecerat ei ꝛ facere co natur ꝙtum pōt. Et iō si ipa possꝫ deberet sociari et vniri taꝫ per na turā ꝙ per voluntatē cū carne xp̄i et habere ābas societates cū ea ꝛ totaliter relinquere suā carnē ꝛ fa cere vna personā cum ea. Sed qꝛ nō potest sociari ei nisi per volun tatem et amorē et nō per naturā. Ideo dꝫ ꝙtuꝫ pōt ad min⁹ socia ri et vniri ꝛ ligari cū ea per volun tatē ꝛ amorē vt ista societas vicat ꝛ supet aliā ꝛ quasi si nō essꝫ ꝓ ni hilo reputare primā secietatē vt si cut caro est nobilior ꝓma carne si ne cōparatione. Ita societas cuꝫ scđa carne superat societatēprime carnis. Que em̄ ē cōparatio car nis gn̄ate et cōcepte sine libidine ō virgine per man⁹ sp̄ūsancti ad carnē gn̄atem libidinose de corru pta muliere per ꝯcupiscēciā inor dinatā ꝛ iordinatissimā viri. Que cōparatio carnis filij dei q̄ ē vni ta eternaliter cū deitate ad carnē hoīs corruptā que hꝫ societatē cū neq̄ssimo dyabolo. Que etiā com paratio carnis icorruptibilis im mortalis īuisibilis sp̄ūalis celestis glorificate iam ꝛ deificate ad car nem corruptibilē mortalē visibilē et putrefactibilē. Que etiā cōpa ratio carnis saluātꝰ redimētꝰ viuifi cantis mūdantꝰ ꝛ lauatꝰ oīs aīas ad carnē dāpnātem mortificantē deturpantem ꝛ inficiētem aīam si bi cōiunctā. Que etiaꝫ cōparatio carnis liberātis aīam a pena eter naꝛ carnis virginalis incorrupte castissime ad carnē totaliter oppo sitam. Sic igitꝰ ipa aia dꝫ fugere ꝙtum pōt societatem talis carnis sue et si nō pōt per naturā saltiꝫ ꝑ voluntatē et totalitꝰ sociari ꝛ vniri cum alia carne perfectissima ꝛ qꝛ nō pōt naturaliter saltim per vo luntatē ꝛ amorē: Ergo sicut cōti nue et incessanter ē vnita cuꝫ car ne. ꝓma per naturā et societatem naturalē. Ita cōtinue et incessan ter dꝫ esse vnita cū scđa carne scꝫ christi per amorē ꝛ voluntatē vt si cut cōtinue ipa dat vitā naturalē sue carni per societatē naturalem Ita cōtinue recipiat vitā volunta riam a carne christi per societatē amorosam ꝛ voluntariā. Sic igitꝰ aia hꝫ duas habitationes ꝛ duo habitacula qꝛ hꝫ duas carnes in quibus hꝫ habitare. Sed primaꝫ habitationē pōt cōtinue perdere et inuolūtarie. Sed scđam habi tationē nūꝙ pōt perdere si vltꝰ q̄a nunꝙ pōt separari a carne christi inuoluntarie nec per coationeꝫ sꝫ solum per ꝓpriam voluntatē. Et sic aia hꝫ eternū habitaculū ī quo

eternaliter pōt habitare si velit. vt igr̄ aīa recipiat societatē ⁊ vnionem cū carne christi p̱ amorē ⁊ voluntatē et per ꝯūs recipiat vitam ⁊ delectationē et refectionē ab ipa et relinquat totaliter societatē ⁊ vnionē cū carne p̄ma ⁊ nullomō refectionē nec delectationē mortiferā recipiat i ea. Jō xp̄s dedit carnē suā in sacramēto suo scȝ corpus et sanguinē vt ipa aīa mā ducet sbam sue carnis et bibat sā guinē suū per voluntatē et amorē et hoc inuisibili sub visibili forma reꝝ que cōuertūtur in carnē ⁊ sā guinē. Et qꝛ ista societas dȝ eē cō tinua. ideo istud sacramētū dȝ cō tinuari ⁊ frequētari incessanter sine interuallo temporis.

Quod sicut caro p̄mi hoīs per mltitudinē et diuisionē est cā mltiplicatōis et diuisionis aīaꝝ. Jta caro xp̄i per suaȝ vnitatē ⁊ idiuisionem est causa vnionis et indiuisionis animarum.

E qꝛ nō est nisi duplex caro primi hoīs vidȝ et caro xp̄i et vtꝗ est cōis caro licȝ caro xp̄i descēdat de carne p̄mi hoīs sȝ tn̄ per talē modū ꝙ nō potuit esse infecta ⁊ iō est noua caro ⁊ ꝯ̄ria prime carni. ⁊ iō qꝛ vtraꝗ ē cōis oibꝫ aīabꝫ ⁊ oīs aīa pōt sociari cuȝ vtraꝗ simul ꝓpter duplicē societatē ꝙ̄ pōt habere oīs aīa. Et iō quia caro christi ē ꝯ̄ria carni p̄mi hoīs sicut caro p̄mi hoīs ē cā mltitudinis aīaꝝ. Jta caro xp̄i ē cā vnitatis eaꝝ. Un̄ caro p̄mi hoīs multiplicatur et diuiditur in infinitas partes et portiones ⁊ semiatur sicut granū semiatur et iō multiplicatur sicut granū in agro. Et iō ad mltiplicationē istius carnis multiplicātur aīe a deo qui creat tot aīas quot sunt portiones carnis et si caro nō mltiplicaretur nō mltiplicarētur aīe qꝛ plures aīe nō pn̄t vniri cū vna carne per naturalem societatē ac tn̄ oēs carnes mltiplicate sunt vna caro ⁊ pro vna carne reputantur qꝛ ab vna carne descēdunt per eundē modū. Et qꝛ etiā qn̄ mltiplicatur caro p̄mi hominis multiplr̄ malū corruptō ⁊ infectio. Et iō sicut caro illa mltiplicata ē cā multiplicatiōis aīaruȝ. Jta etiā est cā diuisionis et sepatōnis ipaꝝ aīaꝝ a deo ⁊ inter se q̄a ꝓpter talē societatē quā quelȝ aīa hȝ cū sua ꝓpria carne corrupta q̄libet aīa diuiditur et separatur a deo ⁊ a qualȝ alia aīa per volūtatem et amorē. Et iō caro est cā discordie et diuisionis aīaꝝ a deo ⁊ inter se quia quelȝ hȝ suā ꝓpriaȝ carnē et quot aīe tot carnes. Et iō si quelȝ aīa per voluntatē et amorem habeat societatē cū sua carne et nō solum per naturā necesse est ꝙ ipe aīe inter se habeant diuisionem litem et inimiciciā per voluntatem qꝛ non oīs amant vnam

carnē et talis amor vt iam dictuȝ est .ē venenos⁹ et mortifer⁹ et iō ex tali amore necessario orit̄ omne malum et nullū bonū. et q̄ȝ caro xp̄i nō pōt multiplicari nec diuidi ſȝ ſemper ē vna realiter exn̄s in vno. ⁊ iō q̄ȝ aīe hn̄t ſocietatem ⁊ vnionē cū ipa per voluntatem et amorē. Jdeo ſequitur ꝙ ipa eſt cā vnitatis et ꝯcordie aīaꝝ. vñ oēs aīe pn̄t habere ſocietatē ⁊ vnionē cum ipa ꝙuis nō ſit niſi vna nec poſſit m̄ltiplicari q̄ȝ talis ſocietas et vnio ē per voluntatē et amoreȝ et nō per naturā ⁊ om̄s aīe poſſūt amare vnā et eandem carneȝ ſcȝ xp̄i que crucifixa eſt ꝓ oībus animabus et vna nō pōt īpedire aliā et ideo om̄s pn̄t vniri ſimul et ſociari cū ea per voluntatē et amorem et per ꝯn̄s om̄s inſimul et ſi eſſent infinite pn̄t recipere vitā a tali carne et refectionē. Et iō per talem ſocietatem ⁊ vnioneȝ omnes aīe efficiuntur vna anima et vni⁹ voluntatis vnius intentōnis vnius cordis et vnius amoris. Et ſic per carnem chriſti vnicam multitudo animarū reducitur ad vnitatem. Et ſic per carnem chriſti anime vniuntur inter ſe et cū deo per voluntatem et amorem. Et ſic vna caro chriſti ſufficit omnib⁹ animabus ad dandum eis vitaȝ. ⁊ quia cū carne chriſti ē vnica aīa eius et hoc per vnionē naturaleȝ quequidem anima eſt digniſſima et ſanctiſſima. Et ideo etiā omnes anime quādo ſociantur ī vna carne chriſti etiā vniuntur et habent ſocietatem cum vna anima deificata. Et quia etiā eſt ibi deitas. Jdeo anime hn̄t ſocietateȝ ꝑ carnem chriſti cū ipſa deitate. Et ſic aīe ſociantur et vniuntur cum carne chriſti et cū aīa xp̄i ⁊ cū deitate xp̄i q̄re merito oēs efficiūtur vna āīa. et ſic xp̄s dando ſuā carnem aīabus dat ſuam aīam ⁊ ſuā deitatem inſimul ⁊ reducit omnes aīas ad vnam per ſuā carnē. Sicut igitur ꝑmo oēs anime exeunt et creantur ab vno et eodē quia a deo et multiplicātur ad multiplicationem carnis et corrūpuntur Deinde iteꝝ reducūtur ad deum et mundantur per vnitatem carnis ⁊ caro eſt cā multiplicationis animaꝝ et cauſa vnitatis earum ⁊ eſt cauſa quare aīe exeunt a deo per creationem et cā quare redeunt ad deum et eſt cāruni dampnationis aīarum et cauſa ſaluationis et cauſa mortis et cauſa vite earum. et ſic oīa facit caro ſȝ n̄ eadem caro conuenientiſſimum eſt et ſumme neceſſariuȝ igitur oī anime rōnali immortali ſm̄ naturam vite et coniuncte carni mortali corrupte corrumpenti et mortem danti ſpiritualem vt ipa ſocietur per amorem carni chriſti immortali puriſſime mundāti et dāti vitam ſpiritualem.

Conuenientissime etiã xps i hoc sacramẽto nutrit cõseruat et vno modo dat carnẽ suaȝ verã ad mãducandum ⁊ vnit ⁊ sociat omnes aīas cũ carne sua ⁊ substẽtat eas ⁊ nutrit ⁊ viuificat. Necessarium fuit igiť vt aīe apropinquarẽt carni christi ⁊ ipa caro appinquaret eis tãta appinquatione qua nõ possȝ cogitari maior ⁊ fieret pfecta societas et hoc nõ põt fieri nisi ipa caro sumatur realiter per modũ comestionis visibilis. ⁊ ideo necesse est ꝙ ipa caro christi veraciter sit cõtenta in isto sacramẽto ꝑ vita ⁊ substẽtatione mũdi. Ecce mirabilem scalã ⁊ cõpletissimam in hoc maximo sacramẽto in quo oia cõtinenť qm̃ est ibi ꝑmo forma ⁊ species visibilis ⁊ sacramẽtalis pais est prim⁹ grad⁹ scale. deide sб specie visibili est ipa caro christi inuisibilis ⁊ iste est scd̃us grad⁹ scale. Deinde in carne est sanguis christi inuisibilis ⁊ iste ẽ terti⁹ gradus scale Deinde in carne ⁊ sanguine christi est aia ei⁹ sanctissima ⁊ iste est quartus grad⁹ scale. Ultimo i carne sanguine ⁊ aia est tota deitas infinita ꝑsona filij dei ⁊ omia ista sunt realiť in isto sacramẽto ⁊ hoc ꝓpter carnẽ christi. Est ğ vnũ visibile ibi ⁊ quattuor inuisibilia ⁊ ipa quattuor inuisibilia sũt vn⁹ christ⁹ q꞉ caro christi sanguis xpi aia christi ⁊ diuinitas xpi sũt ipe christ⁹ ⁊ vn⁹ christ⁹. igiť maxim⁹ mund⁹ ẽ christ⁹. Suscipiendo igť spẽm visibilẽ suscipitur inuisibilis caro christi latẽs. Et suscipiendo carnẽ suscipitur sanguis in carne latẽs. Et sustinẽdo carnẽ et sanguinẽ suscipitur aīa christi. Et suscipiẽdo carnẽ sanguinẽ ⁊ aīaȝ christi suscipitur diuinitas in eis latens Si igitur suscipiẽdo aquã baptismi exterius in corpore ex ordinatione christi suscipitur in aia tanta gr̃a. Igitur ml̃to magis suscipiendo istud sacramẽtum int⁹ in corpore in quo suscipiũtur inuisibiliter oia ꝑdicta suscipietur intus in aīa gratia. Ecce igť modicũ visibile sȝ maxia inuisibilia q̃a modicum ẽ quod apparet sȝ maximum ẽ quod later. Ecce igť videre possum⁹ qualiter ista tria sacramẽta scȝ baptismus cõfirmatio ⁊ eucharistia faciũt iter se vnã scalam perfectã q꞉ de ꝑmo ascẽditur ad scm̃ ⁊ de scd̃o ad tertiũ in suscipiendo et etiã quodlȝ istoruȝ ẽ i se scala ad ascẽdendũ de visibili ad inuisibile et ad sustinendum inuisibile per visibile.

Declaratio per exẽpla qualiť vna caro christi seu vnuȝ corpus põt esse simul et semel in diuersis partib⁹ seu in diuersis locis vnũ et idem in numero.

Et quia vna ⁊ eadem caro christi est vita oīm aīarum et refectio ⁊ opȝ ꝙ oēs christiani adulti accipiant et mãducẽt istã

carnem in isto sacramento et cum omñs xpiani nõ sint simł in vno loco corporaliter. Et iõ necesse est ꝙ vna et eað caro christi possit esse simul et semel in oibus locis mũdi qꝛ omñs xpiani indigent isto sacramento et debẽt sumere ipz. Unde qꝛ istud sacramẽtum est verissimũ vt ꝓbatũ est et christus instituit et ordinauit ꝙ omñs sumerẽt suã carnem in isto sacramẽto sicut ordinauit ꝙ omñs sumant aquã baptismi Ergo cũ istud nõ possit fieri scꝫ ꝙ omñs sumãt istud sacramẽtum nisi suũz corpꝰ quod ꝯtinetur realiter in isto sacramẽto sit simul et semel in pluribꝰ locis. Sequiť ꝙ necessario ita põt esse hoc est ꝙ sua caro eað numero exñs est in multis et pluribus locis qꝛ hoc de necessitate reqritur ad hoc sacramẽtuz ꝓpter ordinationez suã qꝛ igr̃ hoc sacramẽtum est summe verꝝ ⁊ hoc requiriť ad hoc sacramẽtum scꝫ ꝙ corpꝰ xpi sit ꝯiunctũ et annexum de necessitate cuz hoc sacramento Sequiť ꝙ ista caro xpi potest et ẽ realiter in pluribꝰ locis qm̃ si hoc nõ esset verꝝ nec sacramẽtuz esset verũ nec xp̃s esset verax quod est impossibile. Igitur ad certifficandũ ꝙ ita est sufficit ordinatio ⁊ institutio christi qui nõ põt mẽtiri nec ordinare falsuz. Et etiã sicut est necesse ꝙ caro xpi vna nũo sit in pluribꝰ locis simul ⁊ semel. Ita est necesse ꝙ si forma seu sp̃es frãgatur et diuidať ꝙ vna et eadẽ caro xpi tota sit in qualꝫ parte ⁊ tm̃ in vna sicut in altera quia caro christi nõ põt frangi nec diuidi in partes qꝛ glorificata est. Quomõ autem oĩa ista possunt fieri nõ est necesse scire sed sufficit scire ꝙ necesse est ita esse et ipossibile nõ esse ꝓpter veritatem sacramẽti quod hoc reqrit et ꝓpter ṽitatem xpi qui ista sacramẽta ordinauit qui istud sacramẽtum nõ ordinasset si hoc fieri non possꝫ. Ad hñdum autẽ verã certitudinez et noticiã sufficientez sufficit scire ꝙ xp̃us ordinauit tale sacramẽtum et videre per experientiam opus et effectum sacramentum et cognoscere qualiter homo indiget tali sacramẽto et suam necessitatez et vtilitatem. sꝫ quomõ hoc possit fieri nõ est necesse scire. Sed sufficit ꝙ christꝰ qui ordinauit sciat sicut sufficit infirmo ꝙ medicus sciat et cognoscat medicinaz esse bonã quaz ordinat et ꝙ senciat in se vel in alijs opꝰ talis medicine et ꝙ cognoscat se idigere ipa medicina nec requiriť ꝙ infirmꝰ sciat quomodo fit medicina aut qualiter põt fieri sꝫ sufficit ꝙ medicus qui ordinat sciat Sacramenta aũt nõ sunt ordinata vt hõ sciat et cognoscat quomõ fiant sꝫ vt per ipa homo recipiat salutem gr̃am et auxilium a deo et postea ipa gr̃a suscepta iuuat hoiem ad cognoscẽdum ea et veritatẽ ipoꝝ

At tñ postq̄ homo est cert⁹ de v̄a necessitate pōt ad maiorez claritatez querere vltra ꝑ argumenta ad magis cognoscend̄ mirabilia que sūt in sacramētis. Et ideo qꝛ in sacramento eucharistie sunt maiora mirabilia ꝛ altiora q̄ in alijs sacramētis qꝛ ibi vnū corpus xp̄i est simul et semel in pluribꝰ locis et etiam tñ est in parua hostia sicut in magna nec si diuidatur hostia ꝓpter hoc diuiditur corpꝰ xp̄i et in qualz parte est totus xp̄s. et ideo magis difficile est intelligere istud secramētum q̄ alia qꝛ oīa ista apparent ꝯtra sensum et nō apparēt per experiētiam sensus. Sz tñ nō est mirū: si caro xp̄i ꝯiuncta insepa rabili actu cū diuinitate ascēdat ad istū graduz et possit esse simlꝰ et semel in diuersis locis qꝛ diuinitas est vbiqꝫ tota simul. et qꝛ caro est vnita diuinitati. Ideo ratione diuinitatꝭ pōt esse simul ꝛ semel in pluribus locis. sicut em̄ ratōne carnis est in isto sacramēto diuinitaꝭ Ita diuinitas est causa quare caro pōt esse in pluribus locis simul et semel. Vñ hoc pōt fieri in alijs rebus qꝛ vna res multiplicatꝰ ꝛ est tota simul ꝛ semel in pluribꝰ locis Sicut em̄ v̄bum simul et semel ē in pluribꝰ auribus ꝛ tñ est in vna aure sicut in alt̄a sz tñ nō est eadē vox in numero sz spē. Sic igitur vna vox hoīs simul est in pluribꝰ auribus tota ead̄ spē. Nonne igitꝰ pōt dari magis vnū gradū carni xp̄i et corpori glorificato ꝛ ꝯiūcto cuz deitate: vt scz vnū et id̄ numero exñs possit esse i pluribꝰ locis. Item etiā videmꝰ q̄ vna dictio siue sit magna siue ꝑua semꝑ id̄ significatū repñtat vt ista dictō rex: siue sit ita magna siue parua sicut tota terra vel sicut granū milij tñ significatꝰ vno mō sicut in alio. ita q̄ magnitudo dictōis vel ꝑuitas nō variat significatū nec ꝓpter h̄ qꝛ est maior habꝫ maius significatum nec qꝛ minꝰ hꝫ minus significatum. Ita cōformiter qꝛ forma siue spēs est sicut dictio significās et corpꝰ xp̄i est sicut significatū in Ideo necꝫ parua forma necꝫ magna hostie aliq̄d variat qꝛ tñ ē in parua hostia sicut in magna quia hostia seu forma visibilis nō ē nisi signuz corporis xp̄i: q̄uis ibi realiter cōtineatur corpꝰ xp̄i sz non sicut locatū in loco nec sicut v̄nū in vase sz sicut significatū i signo. et significatū in dictione. Itē etiā q̄uis ip̄a dictio mlꝉtiplicetur non ꝓpter hoc multiplicatur significatum ymo semꝑ ē idē significatum in se. ita q̄uis hostie mlꝉtiplicetur in infinituz nō ꝓpter hoc mlꝉtiplicatur corpꝰ xp̄i sz semꝑ manet idē Et etiaz q̄ diu illa dictio retinebit formā et naturam suā semꝑ habebit significatū suū. ita q̄ q̄ diu forma seu spēs hostie retinebit suam naturā semꝑ habebit intꝰ suū cor

pus xpi qr tūc qñ nō remanet forma hostie nō remanet ampli⁹ corpus xpi qr tūc nō remanet signum neq significatū. Et ideo quelz ps hostie habet formaz et nomen hostie. Ideo in qualz parte hostie siue parua siue magna est tota caro xpi seu corp⁹. Item etiam hoc pōt declarari in speculo qr in speculo q̄tuncūq magno ꝛ si esset ita magnuz sicut totus mund⁹ nō est nisi vna ymago hōis vni⁹. et tñ si speculū frāgatur in īfinitas ptes in q̄lz pte apparebit tota ymago q̄ apparebat in toto speculo integro ꝛ tāta apparebit in parte vna sicut in alia. Ita sil'r si esset vn⁹ panis ita magn⁹ sicut tot⁹ mundus facta ꝯsecratōe nō essz sb speciebꝰ nisi vnū corpus xpi et vn⁹ xp̄s et si fierent mille partes vel plures in q̄lz essz verū et totū corpus xpi iō nūō. Sz in partib⁹ speculi nō eadē ymago nūō esse pōt sz solum spē. q̄re opz dare magis vnū graduz corpori xpi scz vt iō nūō sit in plurib⁹ partibus hostie. Preterea etiam declarari pōt qualiter corp⁹ xpi totū integrū pōt cōtineri in tā parua q̄titate. Vñ corpus xpi est factum spūale et trāsmutatiuū in naturam aīe q̄tū fieri pōt qr sicut videm⁹ q aīa nostra que est spūal' ꝛ sine quātitate trāsmutat illa q̄ recipit in se ad suā naturā ꝛ comodū suum et ad modū suū spūalez vt recipit istam literā. a. et tūc reducit eā ad spūalitatez. Ita q q̄uis. a. scriptum sit corporale et magnū quātū et longū et latū tñ qñ est in aīa nō est longū nec latū nec extēsum sz est totū simul ad modū aīe. Ita cōformiter corp⁹ christi qr est glorificatū et reductū ad spūalitatez q̄tū fieri pōt qr diuinitas trāsmutauit aīaz xpi ī suā naturā q̄tū fieri pōt. et aīa deificata cū diuinitate deificauit corp⁹ ꝛ transmutauit in naturā suā et assimilauit ipsum sue nature q̄tū fieri pōt. et iō corpus xpi nō occupat locū nec ē pōderosū et pōt esse totū simul in puncto sine modo extēsiōis sine modo lōgitudinis latitudinis et ꝓfunditatꝭ et comō sicut ipe xp̄s vl't. et iō corp⁹ xpi in h sacramēto nō occupat locū nec est modo pōderosi nec extēsi nec lōgi nec lati nec ꝓfundi sz oīs partes eius sūt simul. et iō totū simul pōt esse in quacūq parua parte loci. Vñ hoc videm⁹ per experientiaz in rebus naturalib⁹ corporalib⁹ qr ymago rei corporalis q̄tumcunq magna sit est tota simul nec est longa nec lata nec extensa nec ponderosa nec grossa nec spissa ꝛ tñ apparet esse sz nō ē. Vñ vna magna ecclesia ymo vna ciuitas in simul intrat per pupillam occuli que est similis puncto indiuisibili. Et homo de nocte videt illam totam ciuitatem in sompno cum propria sua forma ꝛ magnitudine sine diminutione

et tñ ymago illa que est int⁹ est q̃si punctus indiuisibilis quia itrauit per pupillam occuli. Ita cõformiter cũ corp⁹ xpi sit magis spũale q̃ ymago ipsa que trãsit p pupillam põt esse totũ simul in puncto et tñ habebit om̃s partes simł sine diminutione. Uñ quia corp⁹ xpi est in isto sacramẽto ꝓpter animã atrahendã ad se ⁊ vt aĩa vniatur xpo per amorez. et ideo ibi dꝫ esse modo incorporali cõuenienti aĩe et nõ modo ꝯrio. et ideo dꝫ eẽ ibi modo spũali ⁊ nõ modo corporali nec q̃titatiuo nc̃ locali nec occupatiuo nec grosso qꝛ tũc discordaret ab aĩa et quoñmodo reduceret aĩam ad moð corporalem et naturã quãtitatiuã grossaz et aĩalez et ipsa aĩa in isto sacramẽto dꝫ tota mutari in melius et in altiorẽ naturam qꝛ est sacramẽtum transmutatiuũ. Et ideo nihil dꝫ esse in isto sacramẽto repugnãs aĩe et nature sue. Ideo nullomõ ipa aĩa in isto sacramento debꝫ cogitare nec querere nec q̃titatez nec latitudinez nec lõgitudinem nec grossitudinez nec spissitudinẽ nec ponderositatez nec extensiõez nec calorez nec colorem nec saporez nec figuram. Et nota q̃ tu debes intelligere pro forma in oĩbus superi⁹ in isto capitulo positis figurã ⁊ in ceteris si videas esse necessariũ nec aliquid quod possit percipere aĩal brutũ qꝛ oĩa ista sũt ꝯtra naturam ipsi⁹ aĩe et ei nõ ꝯueniũt sꝫ solum dꝫ querere et cogitare spũalitatez et illud ꝑcise quod ṽba significãt et nõ pl⁹ qꝛ hoc quod videtur est sicut vox et son⁹ et id quod ibi cõtinet̃ est sicut significatio vocis et ipsuz significatũ nõ est longũ nec latum nec ꝓfunð nec q̃tuz nec locatũ inq̃tum significatum. Sicut igr̃ se hꝫ significatũ iq̃tuz significatuz ad sonũ vocis. sic se hꝫ corpus xpi in isto sacramento ad formã et spẽm que videtur. Et ideo sicut significatũ inq̃tuz significatũ per sonũ vocis nõ significatur vt quãtitatiuũ nec vt in loco nec longũ nec latum et sic de alijs. sed tm̃ vt corp⁹. et sicut significatũ respicit intellectũ et nullomõ sensum et ipse sonus vocis respicit sensuz qꝛ significatũ tm̃modo ꝑcipitur p intellectũ. Et sonus tm̃modo ꝑcipit̃ a sensu auditus et nõ ꝑcipit significatũ. et ideo significatuz est intellectuale et spũale hꝫqꝫ moð intellect⁹ et nõ hꝫ moð sensus et ꝓportionat̃ intellectui et non sensui. Et ideo aĩal brutũ qꝛ nõ hꝫ intellectũ sꝫ tm̃modo sensum nõ potest ꝑcipere significatũ sꝫ solũ percipit sonum vocis. Ita silr̃ corp⁹ xpi inq̃tum est significatũ per spẽm visibilez respicit tm̃modo itellectũ ⁊ nullomõ sensuz ⁊ ipa spẽs visibilis respicit sensũ visus et ipm corp⁹ xpi tantũmõ ꝑcipit̃ p intellectũ et sensus visus tantũmõ respicit spẽz vi

sibilez. et iō corp⁹ xp̄i est ibi modo spūali et bz moð intellec⁹ et nō sē sus et pportionaṫ intellectui et nō sensui. Et iō aial pōt. pcipere spēz visibilez sz nō corp⁹ xp̄i dei ptentum. Sicut igr̄ aia facit distintionez inter voces et significatū ipsi⁹ vocis. ita dz facere distinctōez in hoc sacramēto inter spēz visibilez et corp⁹ christi iuisibile. Et qꝛ anteꝗ̄ ibi eēt corp⁹ xp̄i in pane erāt duo quoꝝ vnū pcipiebatur p sensuz visus et aliud per intellectum qm̄ species panis pcipiebaṫ p visum tm̄ quā etiam pcipiebat aial brutū. Sz sb̄a panis pcipiebatur per intellectum. et iō aial brutum nō pōt pcipere sb̄am panis iuisibilem. et ideo aliud est spēs panis et aliud sb̄a. Uñ in sōpno et in speculo apparz spēs panis hoīs lapidis sotularis. et tm̄ non est sb̄a panis hoīs lapidis et sotularis. Ita pformiter in hoc sacramēto est forma et spēs visibilis que fuit panis sed nō est sb̄a qꝛ mutata est in corpus et in carnē christi v̄tute v̄borum significantiū et facientiū talē trāsmutatōez et remanet tm̄modo spēs panis et nō sb̄a. Iō sicut sb̄a panis se habz ad spēz panis sic se bz quodmodo et nō penit⁹ corp⁹ christi ad spetiez panis. Et qꝛ sb̄a panis solū percipiebaṫ per intellectū ita etiaz corp⁹ xp̄i ibið exñs loco sb̄e panis percipiṫ p intellectū et nō p sensū. Et qꝛ sb̄a panis i se psiderata inꝗ̄tū percipiṫ p itellectum nō est lōga nec ponderosa nec colorata nec visibilis nec tāgibilis nec hñs saporez nec est pceptibilis p aliquem sensū corporeū nec occupās locū et tota est inqualibz pte vbi est forma panis et nō est magis sb̄a panis i magna quātitate ꝗ̄ in pua. Ita siłr ipz corp⁹ xp̄i quod est i loco sb̄e panis nō ē sub modo corporis extēsi lōgi nec lati nec pfundi nec occupātis locū et totuz est in qualz pte vbi est forma seu species et nō est magis in magna quātitate ꝗ̄ in parua. et iō est ibi ad moð sb̄e panis i se cōsiderate et put percipitur per itellectū. Et ideo sicut sb̄a panis inꝗ̄tū percipitur p intellectū bz moð intellect⁹ et bz oīs cōditiones superius dc̄as quia inꝗ̄tū pcipitur per intellectū nō habz quātitatez nec extentōez nec est in loco. et sic de alijs. Sz est ad moð significanti respectu vocis et pporcionaṫ intellectui. Ita similiter in sacramento corp⁹ xp̄i. Qui igr̄ vult itelligere quomō corpus xp̄i est in isto sacramento necesse est ꝙ consideret sb̄am panis purā put intellectus percipit eaz et inꝗ̄tū pparatur ad intellectū qꝛ sb̄a panis put respicit intellectū et percipiṫ ab intellectū mutatur in corp⁹ christi et nihil ꝙ possz pcipi per sensuz mutatur in corp⁹ xp̄i. sic igr̄ in pane sūt duo vnū quod solū percipitur p intel-

lectū ꝛ aliud quod percipitur per sensū. Et illud quod percipit᷑ per itellectū mutatur in corpꝰ xp̄i tm̄modo et illud quod percipitur ꝑ sensū remanet qꝛ istō sacramētum est ꝑpter aīam et libeꝝ arbitrium et nō ꝑpter sensꝰ. Et iō illud quod percipitur per intellectū mutatur tm̄modo in corpꝰ xp̄i et sō illomō per quē percipitur per ītellectū et ꝑ illū moō ꝑcipit᷑ ꝑ quē significat᷑ ꝑ vocē significantē qꝛ intellectꝰ ꝑ̄mo intelligit et postea per vocē significat illō quod itelligit eomō et̄ q̄. sic igr̄ ipsa sb̄a panis sub illomō quo est ītellecta ꝛ significat᷑ per vocez est illud quod mutatur in corpus xp̄i. Ita silr̄ in isto sacramēto nō debꝫ ꝯuerti in corpꝰ xp̄i nisi illud ꝑ̄cise et tm̄modo quod percipitur per intellectū per quem hō dr̄t a brutis. Et oīa q̄ sūt in sacramētis debent ꝑportionari aīe iux̄ suū moō et inq̄tū intellectualis ē et dr̄t a brutis. Et qꝛ corpꝰ xp̄i iaꝫ existit anteq̄ sb̄a panis ꝯuertatur in ipꝫ. et iō tota illa spēs que videtur est quasi quodō vestimentum accidētale corporis xp̄i ꝛ ipsū corpus xp̄i est vestitum veste aliena et ipsa forma panis que omēꝫ habebat modum accidētis et inherentis et que sbstētabatur in ipsa sb̄a panis recipit modū nouū nobiliorem qꝛ recipit modū sb̄e qui sine cōparatione excedit modum accidētis qꝛ ipa forma accidenta lis et spēs per se existūt ꝛ in nullo sbstētātur tanq̄ in sb̄o. Et sic oīa dignificātur in isto sacramēto et meliorantur et exaltantur qꝛ ipsa sb̄a panis ꝯ̄ūtitur in corpꝰ christi glorificatum ꝛ ipsa accidēcia q̄ videntur recipiunt modū sb̄e et nō ꝑn̄t plus ascēdere. Et tota spēs et forma que cōtinet oīa accidencia fit vestis et idumētū corporis xp̄i et ipsius xp̄i dei et hōis que ē maior dignitas. Et iō dꝫ ipsa species panis ꝛ vini cū magna haberi reuerēcia et honore tāq̄ vestis ihū xp̄i filij dei regis eterni. Et hec ē maxia hūilitas et benignitas xp̄i q̄ velit esse vestitus ista veste humili et tm̄ descēdere ꝛ appinquare hoībus. Primo em̄ voluit filiꝰ dei indui veste carnis et hūanitatis in vtero virginis et cū illa pati et mori. et vlterius voluit vestiri et indui veste panis que est iferior vestis. Primo igitur īduit suā diuinitatē veste carnis et deinde induit suā carnem veste panis. ꝑ̄mam vestē fecit ꝑ se ipsū sꝫ scd̄aꝫ vestem fabricant homies. primo igitur induit suā diuinitatē veste carnis hūanitatis vt posset mori et pati ꝑ hoīe. Deinde induit suā carnē veste panis vt essꝫ nutrimētum hoīs. Sic igr̄ in isto sacramēto oīa sic exaltātur dignificātur ꝛ meliorantur multo igitur magis ipsa anima ꝑpter quā istud sacramentum est ordinatū in isto sacra

mento exaltabitur dignificabitur et deificabitur.

Quartū sacramētum est sacramentū penitentie et est scđa scala hoīs. iterū lapsi et spūale medicamētuꝫ per quod hō xp̄ianus q̄ ꝓpter offensā ꝯtra xp̄m commissaꝫ post baptismū perdidit nouū esse et vitam spūaleꝫ recuperat. Deinde iterū ipsam vitam perditam. et sic ei remissio ꝛ indulgētia fit et absoluitur ab obligatione infinita et lauatur ab omni macula et reconsiliatur christo.

Quoniam aūt dctm̄ est supra ꝙ vita spūalis assimilatur vite corporali. et ideo sicut in vita corporali p̄mo est gn̄atio et scđo augmentū et postea nutritio cōtinua Ita silr̄ in vita spūali p̄mo fuit necessaria gn̄atio spūalis et hoc erat baptismꝰ. Deinde augmētū spūale et hoc erat sacramētuꝫ ꝯfirmationis deinde ꝯtinua spūalis nutritio: et hoc erat sacramētum corporalis et sanguis xp̄i. Et ideo sic in vita corporali si hō haberꝫ vitā impassibilē: ita ꝙ nō possꝫ īfirmari sufficerent ista tria scꝫ gn̄a augmentatio et nutritio. Similiter et in vita spūali si homo haberet vitam impassibilem: ita ꝙ nō posset infirmari sufficerēt et tria suꝑdicta sacramenta recipere: scꝫ sacramentum regn̄ationis augmētationis et nutritionis. Sꝫ quia sicut homo pōt incurrere morbum corporalem ꝑiculosum mortalē et cōtagiosū et mortaleꝫ per queꝫ pōt ꝑdere vitā corparalē. Ita etiā pōt īcurrere morbū spūaleꝫ ꝑiculosuꝫ ꝑ quē possꝫ ꝑdere vitam spūalem qm̄ potest peccare ꝛ facere maluꝫ et ꝑ ꝯn̄s facere iniuriā deo. ꝛ sic ꝑdere gr̄am sibi dataꝫ in baptismo quia hō habet libertatem naturaleꝫ et liberū arbitriū et ipa gr̄a nō est de natura liberi arbitrij: qꝛ aliud est gr̄a ꝛ aliō est liberū arbitriū vt dictū est. et iō potest relinquere gr̄am et facere cōtra ipsā et ꝑdere eā sicut membrū sanuꝫ pōt ꝑdere sensū et motū et est simile de membro respectu capitis et de christiano respectu xp̄i nisi qꝛ mēbruꝫ nō hꝫ liberū arbitriū. Sicut igr̄ membrū pōt paliticari. Ita hō pōt paraliticari in spūali vita et maxime qꝛ hō xp̄ianꝰ hꝫ viuere inter īimicos vite spūalis. ideo nisi pugnet fortiter necesse est ꝙ viuat. sꝫ non pōt vinci nisi volūtarie ꝛ nō cōtra suam voluntateꝫ. Et ideo quia homo christianꝰ potest incurrere infirmitatem mortalem post baptismū necesse est hōi medicamentuꝫ spūale et curatio ꝑ quā possi sanari si fuerit infirmꝰ ad mortem et recuperare salutē perditam sicut medicina corporal' est necessaria post ꝙ hō inciderit ī morbū ꝑiculosuꝫ Jō penitētia ꝑatur medicamētum īfirmitat' spūal' in hoīe ꝑ sacramēta ad destruendum pctm̄ et offen

q. peim dz

sam commissam post baptismū q̄ uis ei autē reparationē baptismi necessaria fuerit peitencia hoi ad ulto ac tñ illa peitēcia nō erat sacramētuz q2 erat inuisibilis q2 nihil apparet ex̄ de illa peitēcia 7 i oi sacramēto opz eē aliq̄ signa exteriora q̄ significēt rez iuisibilez q̄ sit int9 in aīa. Et q2 medicia inuisibilis ipius pcti 7 culpe cōtra deum ē v̄a remissio et indulgēcia et venia ex pte dei q2 tūc v̄e destruitur pctm̄ 7 deletur qñ remittitur 7 dat veia ab illo ptra quē pctm̄ ē q2 peccatū 7 offensa obligat offendentē illi qui ē offens9 7 cōtra quē peccauit q2 talis nature ē ipa culpa q2 tot culpe tot obligationes 7 tot debita. Et q2 v̄a indulgencia nō pōt recipi nisi culpa 7 offensa displiceat illi qui cōmisit nec aliquis merer̄ habere veniā nisi displiceat ei malū fecisse 7 offendisse quē offendit q2 oīs culpa ē voluntaria. 7 iō nō pōt destrui nec deleri nisi per ꝯ̄rium scz q̄ sic fuit voluntaria q̄ fiat inuoluntaria 7 displiceat. aliter semp remanet i suo vigore ipa culpa. Et sic duo sunt necessaria ad destructionē ipsius pcti seu culpe cōtra deū vnū ē ex parte dei offensi 7 hoc ē remissio 7 venia. Et aliō ē ex parte hois offēdentis 7 peccātis 7 hoc ē v̄a tristicia displicēcia 7 dolor de offensa cōtra deum. Nisi ei displiceat homini deū offendisse 7 ō hoc triste tur et doleat nō pōt recipere idulgenciā 7 remissionē ō offensa 7 q2 radix peccati ē ipa volūtas. et iō requirir̄ q̄ ponat hō in corde suo nunq̄ offendere deuz. Aliter nō esset v̄a displicēcia. requirir̄ etiam q̄ hō cognoscat se offendisse deū et malū fecisse et peccasse ptra deum q2 aliter nō possz ei displicere nec posset dolere se offendisse deum. Reqrir̄ etiā q̄ hō habeat spez recipiendi indulgenciā 7 veniā a deo q2 aliter nihil pficeret sibi talis displicēcia q2 ad hoc ordinatur. Si igitur q2 ex parte dei offēsi dz dari indugenciā. iō ex parte hois dz esse capacitas indulgencie. 7 iō dz esse pparatio in hoīe 7 dispositio ad ipam recipiendā. Sicut enī de9 dat aīam rōnalem corpori capaci 7 disposito ad recipiendum eam q2 si corp9 nō esset pparatum nō daretur ei aīa. Ita necesse est q̄ aīa pparetur ad idulgenciam recipiendā a deo. aliter nō darer̄ ei. Et q2 peccatū seu culpa ē de directo cōtra deū 7 de9 nihil hz contra se nisi pctm̄ vel culpam q2 pctm̄ vl' culpa offendit deum 7 nihil aliud ē ꝯ̄rium deo nisi pctm̄. et iō hō non ē dign9 nec meretur recipere indulgenciā a deo nec reuerti ad amiciciā suam nec pōt nisi impugnet et odio habeat ipm peccatum tanq̄ inimicū dei principalē quod solū ē contra deum et totaliter displicet deo. quo

modo pōt eniz hō reuerti ad amiciciam dei nisi totaliter displiceat ei pctm̄ et ipm fugiat et se custodiat cōtra ipm. Quō potest hō placere deo si sibi placeat inimic⁹ su⁹ et iō necesse ē ꝙ si hō vult recipere indulgenciā a deo. ⁊ reuerti ad suā societatē ⁊ amiciciaz ꝓ oībus modis impugnet et odio habeat destruat ⁊ persequatᷣ toto corde ⁊ ꝙtum poterit ipm pctm̄ quod solum ꝯriatur et inimicatur deo ⁊ ꝓpter hoc habeat odio q₂ est cōtra deum ⁊ displiceat ei et maxie dat hoī displicere pctm̄ q₂ ipemet fecit pctm̄ ⁊ culpam et ꝑpetrauit et ideo dꝫ ipm impugnare ⁊ ꝑsequi corde ore et opere interius et exterius. ⁊ iō dꝫ ipm detestari ⁊ habere odio in corde et accusare ore et verbo et operari cōtra ipm opere et facto aliter nō meretur habere indulgenciā a deo. et etiaz homo dꝫ impugnare pctm̄ totis virib⁹ ⁊ ipm odio habere q₂ est inimicus suus ⁊ nullum aliū inimicū hꝫ nisi pctm̄ q₂ obligat ipm ad eternaz penaz et separat ipm ab amicicia dei et a vita eterna. et iō tanꝙ cōtra inimicum suuz verꝫ dꝫ homo omnibus modis esse contra peccatum. et iō dꝫ expellere peccatū de corde suo et accusare ⁊ vindicare se de ipo tanꝙ de suo inimico. Et q₂ etiam peccatum ē inimicus secretus ⁊ semꝑ etiam occultus ⁊ vult occultari et nūꝙ vult manifestari q₂ talis ē naturā sua. ideo homo per ꝯrium debꝫ ipm detegere maīfestare et publicare ⁊ tūc homo impugnat ipm. aliter si homo teneat ipsum secretū in corde et nulli reuellet tūc nutrit ipsum ⁊ conseruat et facit quod ei conuenit q₂ hec est natura mali voluntarij et culpe ⁊ nunꝙ vult videri nec sciri. Et iō ista ē maxia iniuria et maximū vituperiū et maxia cōfusio ꝯtra ipsū pctm̄ scꝫ vt releuetur et maifestetur et hō dꝫ facere omne vituperiū ꝯtra pctm̄ ⁊ omnem ꝯfusionē que pateat ⁊ q₂ etiam ipsum pctm̄ est deceptoriuꝫ ⁊ fallendo intrat in hoīem. et iō dꝫ accusari. et per ꝯn̄s dꝫ iudicari ⁊ pugniri. et ideo homo dꝫ ipsū ponere in iudiciū ⁊ petere sentēciaz ꝯtra ipsum ⁊ pugnitionē. Sic igr̄ apparet ꝙ ad ꝑfectā destructōnē peccati quod hō fecit nō soluꝫ requiritur displicencia interiori voluntate seu odiū tristicia et dolor ymo etiam requiritur reuelatō exterior manifestatō accusatō iudicatio et pugnitio. et sic hō preparat se ad recipiendum veniā et indulgēciam a deo qn̄ facit oīa ista Ita scꝫ ꝙ detestetur ipsam culpā in aīo et odio habeat ipsum ⁊ verbo accuset et de facto deserat et ꝓponat nūꝙ intrare. Duo igitur inuisibilia debent esse in destructione peccati. vnū ex parte dei scilꝫ ipsa indulgencia ⁊ remissio et ali

